Vir alius vna manu caput suū tenens.

Vir equitās thesaurū suū reclusit.

Et domo dolore erit plenus.

Et Mercator erit.



Mulier precedens et vir eam sequens.

Vir ludens ligniculo.


Et homo sollicitus erit.

Et homo iocosus erit.



Euagiuatus cultellus in terra iacens.

Uomo bellicosus erit.



Uir manu vna cathenam tenens.

Uomo se non possidens.



Uir vnus alium a terra eleuat.

Uomo ociosus erit.



Uir stans sine capite.

Uomo sine potestate erit.



Vir armatus sine capite.

Uomo nobilis erit sine potestate.




Vir armatus regem percutiens.

Uinator regis erit



Equites multi armati.

Uomo litigiosus aut raptor erit




Vir manu sua pedē tenēs amputatum.

Uomo tristis erit.



93



Canes duo mutuo currentes.

¶ Homo iocosus erit.



Vir plorans manu fetergens.

¶ Homo semper tristis erit.




Vir cuspidem magnum deferens.

¶ Fur erit et nequus.




Fons fluens ex monte magno.

¶ Homo instabilis erit.



Domus plurib⁹ circumdata sepibus.

¶ Homo tutus erit in factis suis.



Vir bibens ex vasculo

¶ Homo letus erit.



¶ Viri in equo sedens gladiū tenens eu-
ginatum in manu sua.

¶ Homo litigiosus erit.



¶ Rex coronatus sedens.

¶ Homo quietus regnans.



Vir manu nolam tenens.

¶ Custos ecclesie erit.



Vir in tina sedens perisama habens in manu

¶ Balneator erit.



Vir perigrinatu ambulans.

¶ Homo religiosus erit.



Vir laborans in mortario.

¶ Homo laboriosus erit.



Vir incedens cum baculo.

Juuenis bene ornatus retro respiciens.

¶ Homo vagus erit.

¶ Homo ociosus erit.



Vir & mulier in equis spatiantes.

Vir ligna secans in silua.

¶ Homo ociosus erit.

¶ Homo laborator erit.



16.
 Prima facies pisciū est saturni
 z est anxietatis. cogitationū
 multarū: itinerū mutandi
 se de loco ad locū ingrendi
 substantiam et victum.

Secunda facies est iouis
 z est apreciandi se multū:
 voluntatis alte: petēdi ac
 intromittendi se verebus
 magnis z altis.

Tercia facies est martis: et
 est fornicationis z amplexa
 tionis: magne delectationis
 cum mulieribus z diligendi
 quietes.



Ascendūt duo viri vnum caput
 habentes.



Vir in terra sedens.

¶ Homo litigiosus erit.
 z instabilis.



¶ Rusticus erit




Air cunem comedens.

Unicornus supine iacens in terra.

¶ Distor erit.

¶ Homo sine potestate erit.



Due virgines mutuo stantes

Quis magna stans et comedens.

¶ Homo iocundus erit.

¶ Homo avarus erit.



64
Mulier in nauí nauigans.

¶ Homo in stabilis erit.



Vir et mulier iacētes in lecto.

¶ Homo lasciuus erit.



Vir lapidem proiciens funda.

¶ Homo litigiosus erit.



Mulier viro caput amputat securi in somnis.

¶ Homicida erit.



f 3

Vir nudus urinam suam proiciens.

Virgo impudicus erit




Vir prope equum ambulans tenens manu una avem z altera serpentem.

Virgo mirabilis erit sensuum



Discus magnus sine aquis.

Virgo instabilis erit.




Vir salter se in speculo cernens

Virgo superbus erit z incastus.



75





Tercia pars huius libri. Tabularum more infantis: in utero matris inclu-
dit per quam quis scire poterit et tempus conceptionis et tempus nati-
uitatis hominis alicuius. In qua primo in loco distantia lune per signa
et gradus ab angulo occidentis et orientis locatur. Deinde tempus
more occidentalis: per hebdomadas dies horas ac minuta in quatuor
columnulis diuisum: immediate subsequitur. Et tertio loco tempus mo-
re orientalis equaliter uti tempus more occidentalis diuisum apponi-
tur. Et sic per alias sequentes columnulas diuisio fit: sicuti in preceden-
tibus declarauimus. **C**onsequitur etiam hanc tabulam: kalendarium per festa aliquo-
rum sanctorum diuisum numero dierum mensium ac litterarum septem serialium: appo-
sito. Quibus habitis ad actum practicum harum tabularum tali forma quis inducatur.
Proposito tempore natiuitatis hominis alicuius estimato. Almuta: hoc est planeta plu-
res habens in coniunctionis oppositionisue loco immediate precedentis dignitates: quo
in signo et gradu tempore natiuitatis estimato sit locatus: conspiciatur. et angulus sibi
propinquior: secundum gradum eiusdem planete: in astrolabio constituatur. iuxta verbum. 3 4.
Ptholomei sui centiloquii. Quo facto: verus motus lune ad idem tempus calculetur. qui
si supra terram: distantia lune ab angulo occidentis. Aut sub terra locus lune inuentus sit:
distantia lune ab angulo orientis per signa et gradus numeretur. que tunc distantia in ta-
bula more: sub titulo distantia lune queratur. qua inuenta: tempus more infantis in utero
materno: sub titulo tempus more occidentalis: si supra terram: aut tempus more orienta-
lis si sub terra luna sit per hebdomadas: dies: horas: ac minuta diuisum: e directo versus
partem dexteram: subsequetur. **Q**uo tempore inuento a natiuitatis tempore in tabula ka-
lendarum per hebdomadas ac dies: horis atque minutis dimissis cum medium motum lune
ac natiuitatem presupponant verificata: retrograde numeretur: et qua die tempus illud
finem acceperit: tempus erit conceptionis nati propinquum. Illo facto: qua die tempore
conceptionis: luna in signo ascendente tempore natiuitatis estimato fuerit: queratur.
Die illa inuenta: qua hora atque minuto eiusdem diei conceptionis: gradus lune tempore
natiuitatis estimate: ascendat in astrolabio diligenter conspiciatur. cum tempus tale ve-
rum sit tempus conceptionis nati. Et ad illud tempus verus locus lune calculetur: qui
tunc ascendens fuit tempore natiuitatis verificato. iuxta illud dictum. Ptholomei in suo
centiloquio: verbo. 5 1. Locus lune in natiuitate: est ipse gradus ascendens in circulo hora
casus spermatis in matricem. Et locus lune hora casus spermatis: est gradus ascendens
hora natiuitatis. **U**t latius hac in re difficili instruamur. Exemplum capiamus tale.
Homo quidam natus sit: Anno salutis: Millesimo quadringentesimo octogesimo octe-
uo currente. decima die mensis octobris. infra quartam et quintam horas post meridiem.
sole in vigesimo sexto gradu libere: et luna in quinto gradu capricorni existentibus. Et al-
muta coniunctionis immediate precedentis: saturnus fuit in vigesimo octavo gradu sa-
gittarii: quo gradu ad medium celi in astrolabio posito: quatuor habebis angulos celi ad
tempus natiuitatis estimatum erectos. Etiam venus almuta esse poterit in vigesimo quar-
to gradu libere: cum ambo planete septem habeant dignitates in loco coniunctionis pre-
cedentis. ratione cuius angulum occidentis: ad vigesimum quartum gradum virginis:
locui et non libere: cum signum virginis tempore natiuitatis estimato in angulo occiden-
tis ponebatur. Quatuor igitur angulis celi sic erectis. distantia lune ab angulo occiden-
tis trium fuit signorum et undecim graduum: quam distantiam in tabula more tria in figuris

videlicet ⁊ vñdecim in gradibus queras. ⁊ e directo versus partem dexteram sub titulo
t̄ps more occidentalis: cum luna supra terram fuit: ebdomodas triginta octo ⁊ diez vñ
inuenies: quas in tabula kalendarij: a die natiuitatis retrograde numerabis. ⁊ decima
octaua die ianuarij: lunā in signo ascendente vigesimo quarto videlicet gradu pisciū t̄pe
natiuitatis estimato: ⁊ gradum lune tempore natiuitatis quintum scilicet capricorni hora
decima septima minuto quinquagesimo fere eiusdem diei: in ascendente reperies. Illo
peracto: verum habebis tempus conceptionis nati: diem videlicet decima octauā ianu-
arij decimam septimam horam ac quinquagesimum minutum fere. Et ad illud temp⁹ ve-
rum motum lune calculabis: ⁊ quintus occurret tibi gradus arietis qui tunc ascendens
fuit tempore natiuitatis verificato. Qua igitur hora atq; minuto: talis gradus tempore
natiuitatis ascendat: tempus erit natiuitatis verificatum: ⁊ horam quartam cum minu-
tis triginta duobus fere: post meridiem pro t̄pe natiuitatis verificato habebis. Quibus
habitis duodecim domos celi ex tabula. Equationis domorum tui climatis: cum impo-
sitione planetarum: equabis. ⁊ figuram celi: pro tempore natiuitatis verificato habebis
erectam.

¶ Figura itaq; celi per duodecim domos ac planetas erecta. Ut ad actum practicum na-
tiuitatum inducamur. Insequitur has tabulas tractatus quidā in natiuitatibus multū
vtilis ex libris subtilissimi astrologi Julij firmici: extractus. In quo quid planete in si-
gnis ac duodecim domibus celi quid etiam signa queq; i quatuor angulis celi nato tri-
buant: copiose ac ornato stilo pertractatur.

Tabula ad ore infantis in vtero matris.

Distātia lune	Œps more occidētalis	Œps more orientalis	Distātia lune	Œps more occidētalis	Œps more orientalis
S B	Ebd. di. ho. m̄	Ebd. di. ho. m̄	S B	Ebd. di. ho. m̄	Ebd. Di. ho. m̄
0	37 0 15 4	39 0 7 4	I I	37 2 21 44	39 2 13 44
1	16 53	8 53	2	23 33	15 33
2	18 43	10 43	3	3 1 23	17 23
3	20 32	12 31	4	3 12	19 12
4	22 21	14 21	5	5 1	21 1
0 6	37 1 0 11	39 0 16 11	I 6	37 3 6 51	39 2 22 51
7	2 0	18 0	7	8 40	3 0 40
8	3 49	19 49	8	10 29	2 29
9	5 39	21 39	9	12 19	4 19
10	7 28	23 28	10	14 8	6 9
0 11	37 1 9 17	39 1 1 17	I 11	37 3 15 57	39 3 7 57
12	11 7	3 7	12	17 47	9 46
13	12 56	4 56	13	19 36	11 36
14	14 45	6 45	14	21 25	13 25
15	16 35	8 35	15	23 15	15 15
0 16	37 1 18 24	39 1 10 24	I 16	37 4 1 4	39 3 17 4
17	20 13	12 13	17	2 53	18 53
18	22 3	14 3	18	4 45	20 43
19	23 52	15 52	19	6 32	22 32
20	2 1 41	17 41	20	8 21	4 0 11
0 21	37 0 3 31	39 1 19 31	I 21	37 4 10 11	39 2 11
22	5 20	21 20	22	12 0	4 0
23	7 9	23 9	23	13 49	5 49
24	8 58	2 0 58	24	15 39	7 39
25	10 47	2 47	25	17 28	9 28
0 26	37 2 12 36	39 2 4 36	I 26	37 4 19 17	39 4 11 17
27	14 26	6 26	27	21 7	13 7
28	16 16	8 16	28	22 56	14 56
29	18 7	10 6	29	5 0 45	16 45
I 0	37 2 19 55	39 2 11 55	2 0	37 5 2 35	39 4 18 35

Tabula Moxe infantis in utero matris

Distātia	Œps moze	Œps moze	Distātia	Œps moze	Œps moze
lune	occidētalīs	orientalīs	lune	occidētalīs	orientalīs.
S B	Ebd. di. ho. m.	Ebd. di. ho. m.	S B	Ebd. di. ho. m.	Ebd. Di. ho. m.
4 1	38 2 17 44	40 2 9 44	5 1	38 5 0 24	40 4 16 24
2	19 33	11 33	2	2 13	18 13
3	21 23	13 23	3	4 3	20 3
4	23 12	15 12	4	6 52	21 52
5	3 1 1	17 1	5	7 41	23 41
4 6	38 2 51	40 2 18 51	5 6	38 5 9 31	40 5 1 31
7	4 40	20 40	7	11 20	3 20
8	6 29	22 29	8	13 9	5 9
9	8 19	3 0 19	9	14 59	9 59
10	10 8	2 8	10	16 48	8 48
4 11	38 3 11 57	40 3 3 57	5 11	38 5 18 37	40 5 10 37
12	13 47	5 47	12	20 27	12 27
13	15 36	7 36	13	22 16	14 19
14	17 25	9 25	14	6 0 5	16 4
15	19 15	11 16	15	1 55	17 55
4 16	38 3 21 4	40 3 13 4	5 16	38 6 3 44	40 5 19 44
17	22 53	14 53	17	5 33	21 33
18	4 0 43	16 43	18	7 23	23 23
19	2 32	18 32	19	9 12	6 1 12
20	4 21	20 21	20	11 1	3 1
4 21	38 4 6 11	40 3 22 11	5 21	38 6 12 51	40 6 4 51
22	8 0	4 0 0	22	14 40	6 40
23	9 49	1 49	23	16 29	289
24	11 39	3 39	24	18 19	10 19
25	13 28	5 28	25	20 8	12 8
4 26	38 4 15 17	40 4 7 17	5 26	38 6 21 57	40 6 13 57
27	17 7	9 7	27	23 47	15 47
28	18 56	10 56	28	39 0 1 36	17 36
29	20 45	12 45	29	3 25	19 25
5 0	38 4 22 35	40 4 14 35	6 0	39 0 5 15	40 6 21 15

Januarius.			Februarius.			Martius.			Aprilis.		
1	A	Circūcisio dñi	1	d	Brigide virgi	1	d		1	g	
2	b	Octa. s. stepha.	2	e	Purificatio	2	e		2	A	
3	c	Octa. s. iohis	3	f	Blasij epi	3	f		3	b	
4	d	Octa. inocētū	4	g		4	g	Adriani mar.	4	c	Ambrosij epi
5	e	Vigilia	5	A	Agathe virgi.	5	A		5	d	
6	f	Epiphanie	6	b	Dorothee vir.	6	b		6	e	
7	g		7	c		7	c	Perpetue	7	f	
8	A	Erhardi epi	8	d		8	d		8	g	
9	b		9	e	Appolome vir	9	e		9	A	
10	c		10	f	Scolastice	10	f		10	b	
11	d		11	g		11	g		11	c	
12	e		12	A		12	A	Gregorij pape	12	d	
13	f	Octa. ephie	13	b		13	b		13	e	
14	g		14	c	Valētini mar.	14	c		14	f	Tiburtij z vale.
15	A		15	d		15	d		15	g	
16	b		16	e		16	e		16	A	
17	c	Antonij p̄f.	17	f		17	f	Gertrudis v̄.	17	b	
18	d	Isidore virgi.	18	g		18	g		18	c	
19	e		19	A		19	A		19	d	
20	f	Fabia. z seba.	20	b		20	b		20	e	
21	g	Agnetis vir.	21	c		21	c	Benedicti abba	21	f	
22	A	Vincētij mar.	22	d	Petri cathe.	22	d		22	g	
23	b		23	e	Vigilia	23	e		23	A	Georgij mar.
24	c	Timotei apli.	24	f	Matthie apli	24	f		24	b	
25	d	Pauli cōuer.	25	g		25	g	Annūciatio	25	c	Marci euange.
26	e		26	A		26	A		26	d	
27	f		27	b		27	b		27	e	
28	g		28	c		28	c		28	f	Vitalis mar.
29	A					29	d		29	g	
30	b					30	e		30	A	
31	c					31	f				

Maius.		Iunius.		Iulius.		Augustus.					
1	b	Philippi z ia.	1	e	Micomedis m	1	g	Octa. ioh. bap	1	c	Petri ad vin.
2	c		2	f		2	A	Uisitatio ma.	2	d	
3	d	Inuētio. s. cru	3	g	Erasmi epi	3	b		3	e	
4	e		4	A		4	c		4	f	
5	f		5	b	Bonifacij pap	5	d		5	g	
6	g	Joh. aſi portā	6	c		6	e		6	A	Sixti pape
7	A		7	d		7	f		7	b	Alfre martiris
8	b		8	e		8	g		8	c	
9	c		9	f		9	A		9	d	
10	d	Epimachi z ſo	10	g		10	b	Septē fratru	10	e	Laurētij mar.
11	e		11	A		11	c		11	f	
12	f		12	b		12	d		12	g	Clare virgi.
13	g	Seruacij epi	13	c		13	e	Al Dargarete v.	13	A	
14	A		14	d		14	f		14	b	
15	b	Sophie virgi	15	e	Cliti martiris	15	g	Diuiſio aploꝝ	15	c	Aſſumptio ma.
16	c		16	f		16	A		16	d	
17	d		17	g		17	b	Alexij pfeſſo.	17	e	
18	e		18	A		18	c		18	f	
19	f	Dorētiane vir	19	b	Seruacij z pth	19	d		19	g	
20	g		20	c		20	e		20	A	Bernardi pfeſ.
21	A		21	d		21	f		21	b	
22	b	Deiene regine	22	e		22	g	Al Darie magd	22	c	
23	c		23	f		23	A		23	d	
24	d		24	g	Johsbaptiſte	24	b		24	e	Bartholomei
25	e	Urbanij pape	25	A		25	c	Jacobi apli	25	f	
26	f		26	b		26	d	Annemris m	26	g	
27	g		27	c		27	e		27	A	
28	A		28	d		28	f		28	b	Augustini epi
29	b		29	e	Petri z pauli	29	g		29	c	Decollatio ioh.
30	c		30	f		30	A		30	d	
31	d	Petronille vir				31	b		31	e	

September.		October.		November.		December.					
1	f	Egidij abba.	1	A	Remigij epi	1	d	Om scōz	1	f	Candidi mar.
2	g		2	b		2	e		2	g	
3	A		3	c		3	f		3	A	
4	b		4	d	Frācisci p̄fesso.	4	g		4	b	Barbare virgi.
5	c		5	e		5	A		5	c	
6	d		6	f	Magni p̄se.	6	b	Leonardi p̄se.	6	d	Nicolai epi
7	e		7	g		7	c		7	e	
8	f	Natalie marie	8	A		8	d	Quatuor cor.	8	f	Conceptio ma.
9	g		9	b	Dionisi z so.	9	e		9	g	
10	A		10	c		10	f		10	A	
11	b		11	d		11	g	Martini epi	11	b	
12	c		12	e		12	A		12	c	
13	d		13	f		13	b		13	d	Lucie virginis.
14	e	Exalta. s. cru.	14	g	Calixti pape	14	c		14	e	Micali epi
15	f		15	A		15	d		15	f	
16	g		16	b	Galli p̄fessoris	16	e		16	g	
17	A		17	c	Marthe	17	f		17	A	Ignacij epi
18	b		18	d	Luce euāge.	18	g		18	b	
19	c		19	e		19	A	Elizabeth vid.	19	c	
20	d		20	f		20	b		20	d	
21	e	Mathej apli	21	g	Undecimiliū	21	c		21	e	Thome apli
22	f	Mauricij z so	22	A	Seueri epi	22	d	Cecilie v̄gis	22	f	
23	g		23	b	Seuerini epi	23	e	Clemēt pape	23	g	
24	A		24	c		24	f		24	A	
25	b		25	d	Crispini z crisp	25	g	Katherine v̄g	25	b	Natalis dñi
26	c		26	e		26	A	Lini pape	26	c	Stephani p̄tho
27	d	Colme z dam	27	f		27	b		27	d	Johis euange.
28	e		28	g	Symonis z iu.	28	c		28	e	Innocētum
29	f	Michaelis ar	29	A		29	d		29	f	Thome epi
30	g	Hieronimi p̄f	30	b		30	e	Andree apli	30	g	
			31	c					31	A	Siluestri pape.

Significatio saturni in signis

Saturnus



Significatio Saturni in signis



Saturnus dñs geniture si fuerit inuentus et sit oportune in genitura positus: et ei dominium crescens luna decreuerit: facit homines inflatos spiritu: sublato honoribus: raro ridentes: iraq; diu seruantes: boni consily: et quorum fides recto semper iudicio comprobetur: et qui negocia omnia recti iudicij rationibus compleant. Sed circa uxores et filios erunt alieno semper affectu: erunt sane semoti: et sibi vacantes: modicum sumentes cibuz et potatione multa gaudentes. Corpore erunt extenuati: pallidi: languidi: aspectu turpes: nares et labia spissa: capilli nigri spissi atq; duri: parui cordis pectorisq; haud magni: frigide nature: et qui cibos assidue tractare consueuerunt: et quos semper malignus humor impugnet: et quos intrinsecus dolor collectus assidua eructatione discruciat. Vita vero eorum erit maliciosa:

laboriosa: sollicita. et assidui animi doloribus implicata circa aquam: vel in aquo-
 so: loco habentes vite subsidium. Quod si ipse dominus geniture effectus: aut in do-
 mo sua sit: aut in finibus suis: aut in domo iouis: vel in finibus suis: aut in domo
 solis: et sit diurne geniture locus faciet in vita claros et nobiles: et omnem felicitate-
 gem pro locorum potestate decernit. Si vero in martis finibus fuerit: vel in domo
 martis: vel in domo lune fuerit inuentus faciet tristes: laboriosos: sordidos hu-
 miles: et gloriosos: et qui assidue lugubri tristitia sordidentur. Sed hec fortiores
 essent mala si fuerit nocturna genitura: et si minuta luna luminibus dominium ei
 decreuerit: tunc ei caput capillorum raritate nudatur: aut facit turpiter capillis
 defluentibus caluos: et quorum lumina repentinis cecitatibus solent impedi-
 ri: vel quorum lumina ex assidua suffusione deperdat aciem suam: facit etiam
 pleureticos: hydroticos: podagricos: caducos: spasmaticos: presertim si domi-
 nus effectus geniture: et in ista signorum vel partium deiectione positus deficien-
 tis lune radios exceperit. Quod si eum beniuole stelle habentem dominium sic sicut
 diximus positum bona radiatione conueniant istas valitudines vel presidium dei
 alicuius: vel solers medicina curabit. Si vero sic sicut diximus saturnum positum
 malignum sidus amauerit: hec que diximus mala cum maximo calamitatis incre-
 mento augentur: facit autem mortes ex longa et graui valitudine: que egritudo
 vitiosa humorum mundatione perficit. Moriantur aut in locis humidis aut aquo-
 sis: aut absconsis et incognitis. Si in mercurij domo vel partibus fuerit facit ma-
 leficos: veneficos periuros: inimicos fratrum et parentum.

Significatio Saturni in .xij. domibus siue locis



Aturnus per diem in horoscopo partiliter constitutus: id est in
 ea parte in qua inest horoscopus facit cum suo clamore edi par-
 tum. Erit autem iste qui nascitur maior omnibus fratribus: vt
 si quis ante eum natus fuerit: et a parentibus separabitur. Sem-
 per autem deus iste per diem in omnibus quattuor cardinibus
 facit primos nasci: aut primos nutriri: aut eos fratres qui ante
 se nati fuerint recedunt: facit inflatos ac superbie spiritus suble-
 uatos. Si vero saturno per diem in horoscopo constituto mars
 alium geniture possederit cardinem: vel in anafora cardinis fuerit multorum
 malorum; significat aduentum: maxima enim faciet pericula: et labem patrimonij.
 Frequenter vero si nulla istis beniuola stella in bono geniture loco posita: forti ra-
 diatione coniunxerit. Et si crescentis lune mars radios exceperit biothanatos fa-
 cit. Si vero per noctem saturnus in parte horoscopi fuerit constitutus: is qui sic
 eum habuerit: maximis laboribus impeditur: et magno semper labore deprimi-
 tur. Quibusdam vero circa aquam dabit actus. Sic tamen vt semper laboriosus
 conuersationibus atterantur. ¶ In secundo loco saturnus ab horoscopo cum
 possederit locum: facit egritudines graues: et euersiones maximas: vxoris etiam
 et filiorum interemptor est: et maximarum turbarum et frequentium concitator.
 Sed et paternam ac maternam substantiam dissipat. Ipsum vero qui natus fuerit
 tardiozem in omnibus actibus facit: quibusdam perpetuas indicit corporis va-

litudines. Si vō sic constituto saturno mars in quolibet geniture cardine fuerit: et solem per quadratur: vel per diametrum viderit: aut lunam crescentem simili ratione respexerit: faciet miseros pauperes destitutos: et qui corpus suum quotidianis operibus opponant. Si vō per diem in secundo signo ab horoscopo fuerit tarde et gradatim augmenta patrimonio dabit: ipsos vero abscondos latentes et animo pauperes reddit: et habere se aliquid semper negantes. Quibusdam vō ex aquaticis actibus vel ex humidis negocijs vite subsidia largitur. ¶ In tertio signo saturnus ab horoscopo constitutus facit pigros: tardos: et nullā substantiam patrimoniū requirentes. Si vō cum mercurio ac luna in hoc loco fuerit: faciet cum stulticia maliciosos: sacrilega contra diuinitatē verba iactantes: perdentes semper patrimoniū suū: fures: sed quos in furto prosper nunq̄ sequatur euentus. Si vō bis ita positus quacūq; se mars ratione coniunxerit accusatores: sycophantas: malos: maliuolos: inuidos: maliciosos faciet: et mala semper morte pereuntes. ¶ In quarto loco saturnus ab horoscopo partiliter constitutus. i. in medio celi. Si per diem hunc locum tenuerit: faciet pecuniarū avidos custodes auri et argenti: per noctem vō in hoc signo si fuerit: paternū patrimoniū dissipat: et citam patris mortem faciet: egritudines etiam graues: et frigidos horrores corporis et infirma etate faciet semper infames. Si vō lunam de quadrato vel de diametro viderit: aut si luna in eadem parte fuerit qua ipse constitutus: sterilitate filiorum facit cogit eum qui natus fuerit alienos sibi filios adoptare: aut tutores pupillorum facit: et ex latentibus doloribus perpetue valitudinis vicio deformat. Ad matrem vō eius qui natus est cito viduam reddit: et ex mulieribus graues ei valitudines irrogabit: stomachiq; facit perpetuis doloribus fatigari. ¶ In quinto loco saturnus ab horoscopo constitutus. Si per diem in isto loco fuerit: reges facit ac duces: et maxima largitur insignia potestatis. Si vō sic saturno posito sol in parte horoscopi fuerit inuentus: et coniunctionem lune saturnus crescentis exceperit: perpetuas tribuit felicitates: et maiorum potestatum ornamenta decernit. Si vō sit saturno posito: non sol sed iupiter in horoscopo fuerit faciet minoris loci magistratus: et cui singularū ciuitatum gubernacula credant. Dominos autem maximi patrimoniū faciet: ita vt ex suis opibus etiam alios sustentare possint. Si vō neq; sol neq; iupiter in horoscopo fuerint: et coniunctionē lune crescentis exceperit: et sit in quinto loco constitutus: dabit substantiā et hereditates: erunt tamen frequenter sine vxore: aut indignis sibi matrimonijs copulant. Si vō per noctem istum geniture locū saturnus tenuerit p̄cessu etatis quātulūcūq; dño parte felicitatis assignat: virtutē vō eius incōstantē facit: tardū etiā in oībus actib; hoīez: et pigrū demonstrat. quosdā aut si deficiens se ei luna iunxerit facit patrimoniū amittere: et quicqd ante questū fuerat misera laceratione disperdere. ¶ In sexto loco saturnus ab horoscopo constitutus oē patrimoniū dissipat: male enī semper in isto constitutus loco: facit etiā egritudines: presertim si deficiens se ei luna iunxerit: vel si cū deficiens p̄ diametrum respexerit: vel si quadrata ei deficiens fuerit: faciet infelices: infames: erraticos: qui in vno nunq̄ possunt consistere loco. Si aut sic constitutus saturnus vel de quadrato vel de diametro mars respexerit: vel si cum eo in ipso signo fuerit: faciet latentis corporis dolores: vel p̄thificos dysntericos: et si sic eos positos nullius beniuole stelle radiatio mitigarit faciet eos qui nati fuerint ex istis valitudinib; deperire.

Significatio saturni

In septimo loco saturnus ab horoscopo constitutus. i. in occasu partiliter si matutinus fuerit: diurna scilicet genitura: bonus erit & maximam decernit substantiam. Sed tunc cum fuerint limen senectutis ingressi maximam enim sic positus senectutis largitur etatem: & pecuniarum custodem faciet: & latentium corporum dolores indicit: facit enim emorricos aut neruorum dolore contractos. Si vero in hoc loco vespertinus fuerit: fistulas circa anum facit: & simili modo emorricos: presertim si ita eum positum qualicumque mars radiatione respexerit: facit enim reumaticos: et quibus frequenter apostemata nascantur: & quos semper vxorum casus: graui doloris acerbitate conficiant. **I**n octauo loco saturnus ab horoscopo constitutus: si per diem fuerit hactenus collocatus: procedente etatis tempore augmenta patrimonij largitur. Quibusdam vero simili hoc loco constitutus si in martis signo fuerit vel martis finibus: ex alienis mortibus pecunias decernit. Si vero per noctem in hoc loco fuerit constitutus euersionem patrimonij faciet. Si luna eum quadrata vel diametra radiatione respexerit: malum: si sic constituto saturno: in domo saturni luna constituta precedentibus eum radiationibus respexerit: quod si lunam sic positam cum saturno mars ex aliqua parte qualibet radiatione respexerit biothanatos facit. Quod si mars similiter & iupiter: lunam et saturnum sic sicut diximus collocati opportuna radiatione respexerint: bonos: bone vite opinionumque faciet. Sed circa affectus vxoris semper instabiles. Bona autem radiatio trigonica est aut exagona. **I**n nono loco saturnus ab horoscopo constitutus magnos famosos faciet: vel philosophos opinatos: vel sacerdotes templorum: in imagica semper opinione famosos: facit etiam pro qualitate signorum aruspices vates: mathematicos vera semper interpretatione fulgentes: & quorum responsa sic sint quasi quadam diuinitatis auctoritate prolata. Quosdam autem facit in templorum cultu semper perseverare: aut prepositos religionum: interdum somniorum diuinos reddit interpretes: sed & frequenter facit philosophos capillatos. Si vero per noctem hoc loco fuerit constitutus: faciet iras deorum. Imperatorum odia: presertim si luna minuto lumine ad eum feratur quacumque ratione. maiora autem a dijs: vel ab imperatore ei qui sic natus fuerit decernunt mala. Si sic positum cum luna saturnum mars ex aliqua parte respexerit. Aditigantur vero si de opportuno loco iouis ei radius accesserit: et si in suis finibus fuerit: vel in domo solis: vel in altitudine sua. si tamen se trigonica ioui radiatione coniunxerit. **I**n decimo loco saturnus ab horoscopo constitutus partiliter in medio celi faciet imperatores: duces: prefectos: pretorios. Si sicposito saturno in quibus exaltatur sol in horoscopi parte fuerit constitutus. Saturnus autem sicut ante diximus in medio celi si per diem fuerit inuentus: faciet honestos honestis moribus agricolas: sed locupletes: et quorum possessiones aut mari: aut fluuijs: aut siluis semper adiacent: dabit etiam substantias maximas: magnam gloriam: & a maioribus personis hereditates: presertim si sic eiposito nulla se radiatione coniunxerit: quod si mars sic eum positum respexerit validissima coniunctione hec que diximus minora prestabit. Si vero per noctem in medio celi fuerit inuentus infelicitates decernit: patrimonij amissionem faciet: denegabit nuptias: denegabit filios: presertim si in maligne stelle loco vel in signo: vel in finibus fuerit inuentus. quod si beniuola stella sic positum per noctem saltem saturnum bona radiatione respexerit: id est

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Main body of faint, illegible text, appearing as ghosting from the reverse side of the page.

t³

Main body of text, consisting of approximately 25 lines of faint, illegible script. The text is too faded to be transcribed accurately.

dignitatis maxima consequantur augmenta: vt ⁊ ad ipsos ex filiorum honoribus magnum dignitatis meritum accedat valitudines circa iecur faciet: ex vino vel ex crudelitate. Adors vō ab hyllaritate et deiectione victus erit et debitus veneris coitus. Sed iupiter cum dominus geniture fuerit hisdem debes quibus saturnū rationibus intueri: sed ⁊ ceteras stellas. Quod enim dictum de vno fuerit exemplum hoc te ⁊ in reliquis debebit instruere. Nam si iupiter dominus geniture fuerit effectus: ⁊ primos geniture cardines tenuerit in domo sua: vel in altitudine sua: vel in finibus suis: vel in domo solis: ⁊ sit diurna genitura: ⁊ beniuolarum stellarum fuerit testimonijs adornatus: ⁊ luna feratur ad eum plena: nec mars alium geniture cardinem possederit: aut ipsis resistat: aut lune crescentis lumine impugnet: integra felicitatis ornamenta decernit. Quod si in his in quibus humiliat signis: vel finibus talibus fuerit: vel deiectis ⁊ pigris locis geniture: ⁊ ipse ⁊ luna a maliuolis maliciose fuerint pulsati deficiens viribus: ⁊ omni priuatus licentia potestatis nihil magnum in genitura decernit: nec integrum annorum numerum. Nam si eum de quadrato: vel de diametro maliuole stelle radiauerint pro viribus suis a decreto annorum subtrahunt numerum.

Significatio Iouis in .xij. domibus siue locis.



Iupiter in primo cardine partiliter: id est si in parte horoscopi fuerit constitutus: in his presertim signis in quibus gaudet vel in suis domicilijs vel suis finibus: vel in altitudine sua: faciet nobiles gloriosos: magnos semper prepositos ciuitatis: interdū magnarum ciuitatum decernit primos: pro mensura geniture: bonos: venustos: beniuolos: letos: diuites: presertim si per dies in horoscopo parte fuerit inuentus: ⁊ si nulla maliuola stella euz sic posito ex aliqua parte respexerit. Nam si iouem sic positum maliuole stelle contraria radiatione respexerint: totum quicquid iupiter decreuerit ex maxima parte minuitur. Si vō per noctem in horoscopo parte fuerit inuentus: faciet primū nasci inter fratres vel qui ante ipsum natus fuerit interimit: vel in longinquis eum seperabit: ⁊ constituet regionibus ac locis: vt ipse in paterna domo habeat principatum: facit autem bene nutriri: et parentes eius in maxima felicitate constituit. Quod si sic per noctem ioue posito maliuola stella restiterit omnes paternam ac maternam substantiam dissipat. Semper autem iupiter in cardinibus geniture collocatus aut primos nasci faciet: aut fratres eius maiores interimit: vt ipse sicut superius dixi solus in domo paterna habeat principatum. Quod si per noctem vel diem in horoscopo constituto ioue crescens luna quacunq; se ei radiatione coniunxerit: faciet maximos administratores: rectores ciuitatum: et maximis negocijs sepe prepositos. ¶ In secundo loco ab horoscopo constitutus iupiter extraneas hereditates decernit: ⁊ ab extraneis faciet adoptari. dabit autem magnorum nobilium maximarum possessionum dominia: si sic posito mercurius: et ipsi bene posito bone se radiationi coniunxerit. Quod si sic positum iouem societatem mercurij scilicet mars vel saturnus ex aliqua parte prospexerit frequenter mutabit statum: et de bonis actibus ad malos actus transferri faciet: et erit qui sic saturnum habuerit semper in omni vita varia diuersitate ⁊ mutabilis: vt nunc abundet diuitijs: nunc paupertatis onere deprimatur.

In tertio loco iupiter ab horoscopo constitutus: nec bonus est nec malus: sed equabili semper moderatione componitur: vt eorum interdum patrimonia dissipentur: interdum vō illis insperate diuitie conferantur. **I**n quarto loco iupiter ab horoscopo partiliter constitutus: id est in medio celi facit maximos viros iuridicos: vel legum latores: vel legum interpretes: et iuris peritos: facit etiam iumentorum amatores atq; cultores: pro qualitate signorum: nuncios regum vel ducum vel iudicum: et quibus primi cursus publici cura sollicitudoq; mandetur: et qui cursu publico: iussu principum vel ducum vel iudicum huc atq; illuc frequenti discursione mittuntur: faciet natos principibus publicis actibus positos: et qui deorum se presidio committant: et ab dijs remedia postulent: et quibus directus iter frequenti significatione demonstrant. Plurima autem cum sic habuerint iouem futura prenoscunt: et habent in templis honores frequenter maximos. Alij autem pro qualitate signorum thesauros inueniunt. Semper autem sic positus iupiter vsq; ad mortem felicem decernit senectutez. Si vō sic ioue constituto in diametro solis fuerit collocatus nobilem patrem facit et gloriosum: sed patrimonium eius circa medium etatis tempus dissipabit: et rursus postea colligit. Erit autem circa seminarum coitus tardior: et filiorum affectibus separatus. Si vō per noctem fuerit inuentus: mediocres faciet in substantia homines: et processu temporis feliciores. **I**n quinto loco iupiter ab horoscopo constitutus magna felicitatū augmenta decernit: facit eum qui natus fuerit in maximis publicis honoratus: presertim si in domicilijs suis vel in finibus: vel in altitudine sua: vel in domo solis fuerit inuentus. **Q** si sic posito ioue: mars se bona radiatione coniunxerit faciet duces: habebit etiam vite ac necis potestatem: qđ si sine marte sic posito ioue: mercurius et luna se aliqua parte coniunxerint faciet procuratores regum rationales: quia si sine his omnibus venus ei se sola ex aliqua parte coniunxerit: facit affluentis felicitatis ornatos. Nam sicut superius diximus si cum marte sic fuerit constitutus: is qui sic eum habuerit regali erit semper potestate perspicuus: et sentētie eius sic erunt tanq; ab eo coniunctis hominibus diuina documenta proferantur. Erit autem qui sic eum habuerit fortis corpore: validis ossibus: et si coniunctionem cum vento lune crescentis exceperit: diuine atq; immortalis pene substantie homines precreabit. Oportebit autem eum seruare semper si sic iupiter fuerit collocatus: quo vento currens luna ad eum feratur. Difficile enim ista ratio colligitur. Nam in aquilone constituto ioue: ex austro recedens luna: crescenti ac plenolumine se ei iungit. **I**n quinto scilicet ioue loco ab horoscopo constituto: et his signis quibus gaudet vel in domicilijs suis: vel in altitudine sua per diem dimittat facit inuictos imperatores et qui totius orbis gubernacula teneant. presertim si sic ioue collocato in his signis in quibus gaudet: vel in quibus exaltatur sol trigonica se radiatione coniunxerit. Gaudet etiam iupiter per diem solis radiatione adornatus presertim si in matutino ortu fuerit constitutus. **Q** si sic positus iupiter sicut diximus deficientem exceperit lunam faciet honestis moribus homines: et moderate dignitatis gratia subleuatos: et quibus nunq; se onus paupertatis imponat. **Q** si sic posito ioue sine coniunctione vlla ventorum: quam diximus crescens se luna simplici ratione coniunxerit faciet administratores consulares: frequenter etiam et consules ordinarios: presertim si diurna genitura fuerit. Si vō mercurij se societa

te radiatione coniunxerit: longos annos: et vite maxima spacia de: erit. Dabit
 etiam vtriusq; sexus filios aut geminos: presertim si ipse fuerit dominus geniture
 vel dominus partis horoscopi: vel dominus eius signi in quo est dominus genitu-
 re collocatus. *Q* si in nocturna genitura contra datorem vite fuerit collocatus.
 Non enim gaudet iupiter in nocturnis genituris: eius etatis quecūq; decreta fu-
 erint duodecim ānos aufert. Sed et si in nocturna genitura mars ei vel venus vel
 luna contrario se cursu monstrauerint: maximis eum qui sic natus fuerit faciet vi-
 tijs implicari: s̄m naturam scilicet signorum atq; substantiam. In humanis enim
 signis sic positus faciet libidinosos: et circa amores in sana cupiditate preposter-
 os facientes ea que mulieres facere consueuerunt. In quadrupedibus v̄o signis sic
 positus venatores faciet: et ferarum amatores: et quos semper siluarum deserta de-
 lectent: et assiduis laboribus implicatos. In terrenis v̄o herbarios faciet: et plus
 volentes scire q̄ patitur nature humane substantia. In aquosis v̄o piscatores: et
 quibus circa fluuium vel mare vel paludes sit subsidiū: laboriosos sane: et ex istis
 artibus sepe viuentes. *Q* si sic posito ioue in nocturna genitura: resistentibus ei
 his quibus diximus: luna ab eo recesserit: inequalem vitam faciet: frequentiores
 miserias incidit: sed hoc a malo ex aliqua parte temperabitur: si sic eo posito rece-
 dens luna veneri se opportuna radiatione coniunxerit. *Q* si sic posito ioue luna
 ab eo recedens: vllius stelle habuerit cōiunctionē: maximas infelicitates labores
 miserasq; decernit. *Q* si sic posito ioue recedens ab eo luna et quodā mō fugiens
 per quadratū siue diametrū radijs martis obiecerit biothanatos faciet s̄m natu-
 ralem signi formam atq; substantiam. Si enim per diametrum sic: cum a ioue rece-
 dentem lunam mars: hac qua diximus radiatione respexerit: in nocturna genitu-
 ra faciet rixas: pericula: et magna semper cum inferiori certamina: vnde per no-
 ctem in hoc signo iupiter frequenter malas decernit calamitates. ¶ In sexto lo-
 co iupiter ab horoscopo constitutus maxima mala decernit: faciet enim natos fre-
 quenter exponi: maxime si in sexto loco constitutus ipse dominus eius signi fuerit
 in quo est horoscopus: vel in quo est medium celi constitutum: presertim si in no-
 cturna fuerit: et si per diametrum soleni vel saturnum vel martem respexerit: et si sic
 positus lunam deficientem de quadrato respexerit: vel cum eodem luna in eodez
 signo deficiens fuerit. *Q* si sic positus sine maliuola cuiusdam stelle radiatione:
 crescentis lune lumen exceperit hec que diximus ex parte aliqua mitigantur: et fa-
 cit aurifices: aut eos qui necto auro vestes pingunt: facit interdum et argentarios
 Sed nihilominus etiam si eas artes fuerit largitus hoc eosdem crebra euersione
 desubitat. Locus enim: id est .vj. habet militie propriam prerogatiuam: et quecūq;
 stella in ipso loco fuerit: id est in sexto ad decernenda mala maximas vires ex loci
 vitio mutuatur. ¶ In septimo loco iupiter ab horoscopo constitutus: id est in oc-
 casu partiliter in diurna scilicet genitura: facit locupletes diuites: et longe ac beate
 senectutis spacia decernit. Sed filiorum locus et coniugis nocturnus maxime ver-
 sat. Nam et charissimā et moratam vxorem amittat: necesse est: et amati filij vel filie
 miseram videbit mortem. Si v̄o per noctem in eo loco geniture fuerit inuentus
 crescente etate augmenta patrimonij consequitur. Mediocris v̄o substantie erit:
 et tantarum facultatum vt ne quid desit. ¶ In octauo loco iupiter ab horoscopo
 constitutus labefactat frequenter patrimonij: et inimicos maximos facit: et sedi-

tiones frequenter ex populo: et maliciosis semper etatibus occupatos. facit etiam ignobiles: et stulti iactantes animositate preposteris: et quorum furor ad insaniam procedat: presertim si sic posito ioue cardinem aliquem geniture maliuola stella possederit. Quod si in eo loco constitutus: vel secum habuerit mercurium: vel eum trigonica radiatione respexerit: et ei crescens luna se bona radiatione coniunxerit faciet aut procuratores regum: aut rationales: aut quibus nunciandi potestas conceditur: et semper in prima etate morientur. ¶ In nono loco iupiter ab horoscopo constitutus: si diurna fuerit genitura faciet eum qui natus est futura quecumque dicere: et reddit deorum semper interpretes. quidam autem et sacerdotia consequuntur: alijs facit de templis conferri aliquid muneris: sed interdum facit et damna: et estus damni et animi. Si vero nocte in eo loco fuerit constitutus facit semper falsa somnia somniantes: et qui de dijs frequenter aliquid mentiantur: et qui de deorum sortibus spem sibi aliquam polliceantur: et qui se ex hoc vetatos semper existiment. ¶ In decimo loco iupiter ab horoscopo constitutus: id est in medio celi partiliter per diem publicorum negotiorum faciet principes: faciet maximorum decem primos: et quibus a populo honores maximi conferantur: claros: et qui se velint semper gratia ostentationis exercere: sed in vita luxuriosos reddit. quosdam etiam facit magnorum virosum aut imperatorum negocia tractare: alios per totam vitam suam faciet coronatos: sed et maximas felicitates decernit sic positus: si nulla ei maliuola stella in medio celi posita restiterit. Quod si sic posito ioue in medio celi maliuola stella restiterit: quicquid ei in prima etate dignitatis vel honorum vel diuitiarum collocatum fuerit: totum inuita posteriore minuitur ac dissipatur: et funditus euertitur nisi occasus: id est septimus ab horoscopo locus alterius beniuole stelle fuerit omnino munitus. Si vero per noctem in decimo loco fuerit constitutus honestos quidem moribus facit. Sed qui cito fallantur et quorum patrimonium frequenti ac cita dissipatione depereat. ¶ In undecimo loco iupiter ab horoscopo constitutus maximas decernit felicitates: et magnas diuitias largitur. dat etiam famosas potestates: fasces etiam: et proconsulare decernit imperium: si sol et venus bona se ei radiatione coniungant. et si luna ab austro recedens ioui in aquilone constituto plena se coniunxerit: id est si tali ad eum cursu feratur qualem in quinto loco descripsimus. Adinuuntur autem hec omnia et efficaciam suam perdunt: si in nocturna genitura sic fuerit constitutus. Si vero mars ioui sic constituto fuerit contrarius in octauo loco geniture positus magnis ac potentibus felicitatibus constitutus: et maximis diuitijs cultus: totum quicquid ei vel honorum vel dignitatis collatum fuerit miseriarum atque infelicitatis incurfione mutatur. ¶ In duodecimo loco iupiter ab horoscopo constitutus maximas decernit felicitates: facit super inimicos potentes: et qui cum crebra potestate deterreant: presertim si horoscopo maliuola stella possederit. vel sic ioue constituto: id est in septima parte horoscopi mars fuerit inuentus. Nam si sic ioue constituto: id est in duodecimo loco ab horoscopo mars in occasu geniture fuerit inuentus: id est in septimo loco ab horoscopo biothanatos sine dubitatione perficiet. Maiora autem erunt hec mala: et fortiori calamitate preualida. Si in duodecimo loco iouem constitutum per diametrum sol saturnusque respexerint. Erunt autem pauperes erummosi: si sic ioue constituto in nocturna genitura deficiens se luna per diame-

erum opposuerit. Si vero neque ei sol neque saturnus in diametro fuerint: et bona geniture loca possederint: nec deficiente lumine ioui se luna contulerit: faciet eos qui sic habuerint iouem quodam subtili artificio sepe pollentes: aut aurifices: aut ex auro vestes pingentes: aut inauratores: aut musuarios: aut ex argento quedam facientes opera. Appetitur autem atque laudatur quecumque ars fuerit si sic ioui constituto veneris se stella opportuna societate coniunxerit.

ars



Significatio Martis

Significatio martis in signis.



Ars geniture dominus si fuerit effectus faciet aspe-
ros: inuictos: et qui nullis rationibus subiugentur:
immobiles: contentiosos: audaces: periculosos: vio-
lentos: qui rationibus soleant decipi: multum cibū
facile digerentes: fortes: equales: ignotos: rubeis
capillis: oculis sanguinolentis: imperiosos: et prin-
cipalia semper sibi vendicantes potestatis insignia
artes ex igne agentes et ferro ignitos: sed mentis ar-
dore preposteris: neque circa uxorem: neque circa fi-
lios: neque circa amicos bonos habentes affectus: et
qui res alienas inuida cupiditate desiderent. vitia
vero faciet ex igne et ferro: id est precisiones et combu-
stiones: et ex altissimis locis frequenter precipitat:
aut extremas corporis partes frangit. mortem autē
faciet aut repentinam: aut violentam. Si lunam ex-
ceperit plenam aut a latronibus occupatos occidit: aut accusatos publicis potesta-
tibus tradit: et delationibus oppressos publicis facit animaduersionibus percuti.
Sed et malicia eius radijs solis fuerit incendia: et publice adustionis decernit exi-
tia: sed hoc fortius decernit si in diurna genitura dominus effectus principales pos-
sederit cardines vel si in medio celi vel in occasu fuerit inuentus: et luna in alio car-
dine constituta plena se radijs martis impigit: et si plena dominiū decreuerit mar-
ti. Quod si fuerit nocturna genitura: et ipse in domo saturni vel iouis fuerit inuentus
vel in finibus eorum: vel in domo sua: vel in finibus suis: vel in quinto vel in vn-
decimo ab horoscopi loco constituto: vel in medio celi: vel in horoscopo: et deficiē-
tem lunam respexerit: vel deficiens luna dominiū marti decernit: et ioui se cardi-
nibus trigonica radiatione coniungat faciet duces: tribunos terribiles ac poten-
tes: et qui regiones maximas et multas ciuitates obtineant: et quibus orbis totius
iudicia credantur. Si vero in occasu: id est in septimo ab horoscopi loco fuerit posi-
tus cum ista coniunctione quam diximus facit omnes biothanatos interire. sem-
per enim in occasu mars positus violente mortis discrimen incidit: sed ipsa mors
sicut frequenter diximus pro signorum qualitate perficitur.

Significatio martis in .xij. domibus siue locis.



Ars in horoscopo partiliter constitutus in nocturna genitura: et
in masculinis signis faciet militares. Ad utrinque autem si fue-
rit partiliter in horoscopo constitutus sine radiatione iouis fa-
ciet homines alijs largiores: plus volentes donare quam patrimo-
nij ipsorum substantia patitur: ita ut profusi esse videantur: sed
quorum actus semper ratione publicentur. Si vero per noctem
horoscopus in martis domicilio sit constitutus in signo scilicet
masculino: et in eodem signo: id est in horoscopo mars fuerit in-
uentus: et iupiter cum eo sit partiliter in eodem signo: aut so-
lida eum radiatione respexerit: facit bellorum duces: quibus omnis commit-
tatur exercitus: mortis etiam ac vite dominos: quorum aduentum ciuitates

semper aut prouincie maxime horrescant: felices: fortes: graues: et quorum ire magnis semper indignationibus proferantur. Sed nec coniugem nec filios sic positus caro diligere permittit affectu. Per diem vero si in horoscopo partiliter fuerit inuentus: callidos: audaces: furiosos: peregrinos facit: et in omnibus semper instabiles: et quicquid ausi fuerint nulla poterunt ratione complere. Sed semper de manibus eorum quicquid nacti fuerint defluit. Patrimonia autem eorum qui sic martem habuerint dissipant. Sed et omnis vite substantiam uxores etiam et filios amittunt. Nec aliquid ipsis vel ab ipsis de paterna substantia reseruatur. Sed et hec prima etate depereunt. quod nisi sic depositum martem iupiter per diem ipse in domicilio suo constitutus: vel in altitudine sua: vel in finibus suis trigonica radiatione respexerit: aut si cum ipso partiliter fuerit: mala eius ex quacumque parte mitigantur. Sed ego scio et plurimis genituris inueni multos marte in horoscopo constituto in exilium datos: bene et strenue administrare res publicas. ¶ In secundo loco mars ab horoscopo constitutus: si per diem in hoc loco fuerit inuentus maxima mala et magna infortunia decernit: presertim si matutino ortu fuerit constitutus. facit enim alienari a parentibus et a domo sua: et in finibus semper errare peregrinis. Quod si sic posito marte vel cum ipso crescens luna fuerit: vel in diametro constituta: vel si quadrata radiatione se coniunxerit faciet tardos: debiles: et qui vulnera de ferro frequenter accipiant: debilitabit autem a frigore: aut a quadrupede vulneratos. quosdam autem facit natos exponi: alios facit sepe captiuos: aut ex ingenuitate ad seruitutem trahi. Erunt autem semper in estu animi et in maximis necessitatibus constituti. Quod si sic posito marte iupiter se bona radiatione coniunxerit constitutus ipse: vel in domo sua: vel in finibus suis: ex omnibus periculis euadunt: et a captiuitate liberantur: vel redimuntur: et ex seruitute ad libertatem rursus transferuntur. Sed ea que necessaria sunt vite interdum non habebunt. Si vero per noctem sic fuerit inuentus: milites facit vel athletas. Sed et ipsos consuevit facile periculorum continuatione decipere: aderunt autem simili modo pericula si iupiter et venus sicut superius diximus bona se ei radiatione coniungant. ¶ In tertio loco mars ab horoscopo constitutus decernit quidem gloriam: sed cum labore maximo alienas res aut qui sic martem habuerit desiderabit: et omnibus inuidebit: et habebit maximi cuiusdam facinoris malam conscientiam. Quod si sic marte collocato in .xj. geniture loco iupiter fuerit inuentus: vel in septimo. i. in occasu: facit ut in publicis administrationibus constitutis cum magno labore consequatur: sed maximas patrimonij facultates. Sic autem positus in tertio ab horoscopo loco si se ioui sicut diximus ante coniunxerit maxime potestatis atque honoris regimen ac dominia largitur: ita ut omnes qui ei genere iunguntur honoris ipsius nobilitate superantur. Nam si in hoc loco constitutus in domo fuerit vel in partibus suis: vel in domicilijs: vel in altitudine sua: et iupiter sic ei sicut diximus ante iungatur: faciet presides riparum: duces vicarios: prefectores pretorij: et quibus frequenter committatur imperium. ¶ In quarto loco mars ab horoscopo partiliter constitutus: id est in medio celi si per noctem fuerit: faciet militares laboriosos: et qui semper in desertis regionibus commorantur: vel ferarum prepositos ac magistros: interdum euersores imperatorum faciet: vel iudicum qualitate signorum. Parentum vero

Significatio martis

vitam ac patrimonium dissipabit. dabit vulnera viduitatis: ruine: filium vero aut unum dabit: aut nullum. qui sic enim cum habuerit in omnibus semper actibus impeditur. **Q** si per diem sic fuerit inuentus: debilitabit omne corpus: faciet languidos: caducos: et qui ex ferro vulnera frequenter accipient. reddet inualidos: et quos femine semper impugnent: et quia feminis magnis semper molestis deturantur. faciet etiam eos sine gratia prestare quod dederint. Nam quicumque aliquid ab ipsis fuerit consecutus: ingratus illis semper existit. **Q** si sic positum martem sol de quadrato vel de diametro respexerit: aut cum eo fuerit fortiora hec mala crebrioraque decernit: frequenter et maximis periculis constituit: faciet etiam insanos lunaticos. Si sic marte constituto horoscopo in domo martis fuerit inuentus vel collocatus: aut si locus fortune in loco vel domo martis fuerit inuentus vel collocatus: aut si locus cupidinis vel demonis in domo martis fuerit constitutus. **I**n quinto loco mars ab horoscopo constitutus. Si per noctem in horoscopo fuerit: et si in domo sua: vel in domo iouis: vel in finibus suis fuerit: vel in altitudine sua fuerit constitutus: et si iupiter cum eo fuerit: vel de trigono eum ipse in domo sua constitutus respexerit: faciet glorias maximas: et patrimonij augmenta magna: et omne genus decernit felicitatis: facit etiam honores a populo decerni cum potentibus viris: vel cum maximis administratoribus fideles amicitie gratia coniunctos. **Q** si sic posito marte ac ioue luna deficiens lumine martis se stelle opportuna radiatione coniunxerit faciet prepotentes: honorabiles: duces: et quibus maxime committantur exercitus ut det etiam vite necisque auctoritatem: et in magnis administrationibus iuris gladij decernit potestatem. quod si ab eo luna: venus vero sit cum eo: aut de trigono eum respexerint: faciet felices divites: et qui per semetipsos gloriam consequantur: et qui sint semper venustis corporibus grati. Si vero per diem mars in quinto ab horoscopo loco fuerit constitutus: patrimonium eius labefactabit: et domicilium frequenter mutabit: et propter infortunia que ei acciderunt peregrinis semper regionibus imorabitur. erit autem in periculis non modicis constitutus. Si vero sic positum per diem martem hec mala decernentem iupiter aut venus vel simul cum eo constituti vel de trigono vel de exagono eum respexerint: lucra maxima ex peregrinitatis incommodo consequentur: et cito de peregre reuocabitur ad patriam. **N**otandum est autem quotiens sic per diem constitutus in diametro habuerit lunam crescenti lumine: maximos enim labores incidet tales actus: aut ad imitationem seruitutis accedant. Nam et si felix esse visus fuerit talis eius erit felicitas: aut semper aliene subiacet potestati. facit enim assessores iudicum maximorum: accusationes: seditiones: turbas damna faciet et repentina pericula: et ex aliqua corporis parte debiles: interdum insanos: et languores tales facit ut nimio febris labore adusti ad insaniam transferantur. faciet etiam vincula: carceres: et custodias: nisi respiciens iupiter lunam in diametro martis constitutam vel ipsum martem: ipsarum calamitatum miseras mitigarit. Quotienscumque enim sic posito marte ac luna iupiter radiatione respexerit eos qui nati fuerint maximis periculis constituit: et omnium presidio desperatos: repentinis facit iupiter liberari presidij: filios etiam per diem in hoc loco constitutus: sine testimonio iouis denegabit. **I**n sexto loco mars ab horoscopo constitutus: multa mala decernit. nam et filijs nocebit: et inequalitatem

vite faciet: valitudines decernit pro signorum scilicet genitura. nam in curuis si
 quis premoni facit interdum claudos gibbosos: in hoc loco omnium valitudinum
 vitia cernuntur: si partiliter mars in eo signo fuerit constitutus. ¶ In septimo
 loco mars ab horoscopo constitutus: id est in occasu maxima mala et imensa peri-
 cula decernit. facit enim laboriosos: homicidas: et sceleratos: et reos facinorum
 inmentores: aut tortores: aut carnifices: aut proditores. ¶ Si in domum suam in
 occasu positus per diametrum respiciat: non faciet biothanatū. nunquā enim mars
 domum suam euertit. Sed tunc facit oligochronium si horoscopus et luna fuerint
 iouis presidio protecti. ¶ Si non fuerit horoscopus: in domo martis oligochronios
 reddit presertim si per quadratum vel diametrum: id est in hora vel in medio celi
 pleno lumine constitutam lunam respexerit. Sed generaliter mars in septimo ab
 horoscopo loco constitutus: id est in occasu per diem et per noctem biothanatos
 facit pro qualitate signorum: fortius tamen hoc malum decernit hoc manifestius
 in alienis signis. Nam in hoc loco si fuerit inuentus: tunc dolores et lacerationes
 corporis facit: et aut precipitat: aut interimit: aut in carcere vinculis constitutos
 perpetuis et mortiferis calamitatibus depimit. in nocturnis genituris vero do-
 lores estus faciet ex omnibus acibus: sed ex ferro vulnera frequenter infligit: et
 vulnera illa facit ignita cauteriorum adustione curari. facit et absconsos corporum
 et imensos dolores: presertim cum ipse temporum dominus fuerit vel a luna ple-
 na ipse diuisa sibi temporum spatia possederit: si viso marte in septimo loco consti-
 tuto saturno: aut hora: aut in medio celi partiliter sit constitutus: vel si luna plena
 feratur ad martem vel ad saturnum minuta magnorum malorum funeste calami-
 tatis infortunia decernunt: tunc accusationes: tunc vincula: tunc carceres: tunc
 damnationes: tunc contra eum capitales sententie proferuntur: aut enim bestiis
 obijciatur: aut per precipitia iactatur: aut ruina depimitur: aut domesticis: infidijs
 laniatur: aut a latronibus interimitur: aut in nauigio perit: sed hec pro genere et
 qualitate signorum decernuntur. Nam in terrenis signis constitutus: feris facit
 obijci: in solidis vero opprimi a ruina facit aut in precipitia iactari: in aquosis consti-
 tutus naufragio submergit. In humanis vero signis constitutus gladio facit interire
 Si vero sol in diametro fuerit vel cum eo vel in alio geniture cardine viuos facit ex-
 uri: ut omnifaria in hoc loco constitutus misera calamitate hominem et flebili vite
 atrocitate disperdat. Sed ante diem vltimum vite habebit actus qui nunc genitu-
 re septimo martem in loco habuerit: aut de igne: aut de ferro: aut de quadam vio-
 lentia: aut de tormentis: aut de homicidijs. Sed et locum coniugis ac filiorum ve-
 bementissime persequitur mars in septimo constitutus loco. ¶ In octauo loco mars
 ab horoscopo constitutus. Si per diem in hoc loco fuerit: aut patrimoniorum dene-
 gat facultates: aut eos qui habent patrimonium misera facit proscriptione mutari
 ¶ Si solem et lunam in diametro habuerit decernit extinctis oculis cecitatez. Solus
 aut in hoc signo constitutus faciet penurias: angustias: estus: turbas: seditioes: peri-
 cula. Si vero sic marte constituto luna in anafora horosc. fuerit. i. in secundo ab horosc. loco
 cum ipso marte scz. iupiter vero se nulla eis radiatione coniungat: et alienus ab his sit:
 nec horosc. videat: facit biothanatos. Sed hinc signorum naturam atque substantiam
 In humanis enim signis sicut diximus si constitutus fuerit: ab hominibus gladio
 perimitur: sed a piratis: aut a latronibus: aut a domesticis interemptus qui sic

Significatio martis

martem habuerit occiditur: aut gladio percutitur: sententia iudicantis varia et criminum diuersitate coniunctus: frequenter tamen sic cum luna positus sicut diximus sine veneris aut iouis testimonio gladiatores facit. Sed eos qui conspectu populi crudeli necis atrocitate depereant. In terrestribus vero signis in desertis locis facit occidi: multiplici tamen prius periculorum continuatione turbatos. In quadrupedibus vero signis constitutus cum luna hac radiatione qua diximus aut in fluuijs: aut in stagnis aut in mari submergi facit: aut occisos a piratis undis facit fluctibusque disperdi. In solidis vero signis constitutus per precipitia lapsos interimit. In igneis vero signis constitutus exuri faciet. Per noctem vero in hoc signo constitutus. i. in octauo loco ab horoscopo faciet callidos: periculosos: sed argutos: tamen publicis actibus aut in claris eos qui sic martem habuerint constituit. Sed mortem nihilominus decernit biathanatam: aut repentinam sicut apoplectici interire conseruerunt. Sed si iupiter sic positum martem quacunq; radiatione respexerit: vel si cum eo fuerit: hec que diximus mala ex parte maxima mitigantur. Sed si in horoscopo iupiter pariter fuerit inuentus: horoscopus vero ipse sit in domo iouis: vel veneris: que stella prospera se ioui radiatione coniungat: et obstiterit marti hac qua diximus radiatione grassanti: omnia hec calamitatum funera maxima parte mutantur. Flebiles enim casus et misera semper infortuniorum incommoda: et in hoc et in ceteris locis decreta per martem mutantur atque mitescunt: si impetus martis bono veneris ac iouis testimonio mitigentur. ¶ In nono loco ab horoscopo constitutus mars bonus erit circa vitam et gloriam: et si iupiter in horoscopo fuerit constitutus in nono loco marte posito felices facit: et qui facile omnia consequantur. Si vero nocte in nono loco marte constituto iupiter in martis horoscopo fuerit inuentus potestatem maximam administrationum: et ius gladij decernit et facit eum qui sic natus fuerit exercitum ducere: frequenter tamen sic positus in peregrinitate decernit incommoda. Si vero in nono loco constitutus in domo mercurij vel veneris fuerit doctos et famosos facit oratores. Si vero aut in domo sua fuerit aut in domo iouis: aut in altitudine sua iupiter in horoscopo non fuerit collocatus: faciet dijs terribiles: et qui omnia periurgiorum genera contemnant: erunt autem omnibus demonibus terribiles: et quorum aduentum prauis demonum spiritus fugiant: et qui sic laborantes homines non vi verborum: sed sola vi ostensione liberent: et quauis sic violentus demon qui corpus hominum animuq; quatiat: siue ille ereus sit: siue terreus: siue infernus: istius hominis iussione fugiet: et preceptis eius cum quadam veneratione terretur. Hi sunt qui a vulgo exorciste dicuntur. Sed talis erit si in nouo loco sit vt diximus habuerit martem: vt laborantem hominem ab omni malignorum demonum spiritu facile possit iussione sue auctoritate purgare. ¶ In decimo loco mars ab horoscopo constitutus: id est in medio celi partiliter in nocturna genitura: scilicet si in masculino signo fuerit inuentus in suo domicilio: vel in iouis: vel in eius cuius diximus genere: vel in altitudine sua: faciet quidem periculosos et vario genere sepe deceptos. Sed nihilominus presides: duces: vite necisque dominos: tribunos terribiles prouincijs et ciuitatibus. Si vero in medio celi p nocte constitutus in quali diximus signo conjunctione lune venientis acceperit: iupiter vero aliu geniture possederit cardine: et ipse nihilominus vel in domo sua vel in altitudine

sua: vel in suis finibus constitutus: potentes duces ac totius orbis dominos efficiet: quod si
 sic positum martem iouis destruerit stella: nec ipse aliquod se radiatio coniungat: nec in cete-
 ris geniture cardinibus fuerit inuenta faciet nihilominus armatos vel prepositos: vel
 tribunos: vel minoris loci duces: aut magnarum prouinciarum: et in minoris dignitatis
 loco constitutos: habentes tamen gladium et vite et necis potestatem. Quod si sic constituto Marte sicut
 diximus ioue etiam sicut ante diximus in ceteris geniture cardinibus constituto: in his
 in quibus diximus signis: et in his partibus saturnus in aliquo geniture cardine fuerit constitutus.
 erunt quidem reges: imperatores: potentes maxime terribiles periculosi: ciuitatum euersores: vel
 fabricatores: sed modice vite. id est oligochromi: quodam autem et malo sine depereunt. In pe-
 regrinis locis constituti amittunt vitam propter et regnum vel in aliena potestate positi moriuntur.
 Si vero in medio celi Mars in feminino signo fuerit inuentus: cum scilicet bet stelle vel suo
 vel iouis nocte scilicet: faciet nihilominus honestate fulgentes: et in masculino tamen signo: pro
 nocte in feminino in medio celi constitutus denegat filios. Si vero pro die in hoc loco fue-
 rit inuentus. id est in medio celi inefficaces homines facit quod conuenit in omnibus actibus variis
 generibus impediri: decernit etiam damna: maxima et amissionem patrimonii: facit etiam prescri-
 ptiones et denationes alijs onus peregrinationis indicit: alijs maxime imponit necessita-
 tes: alios fugere compellit: alijs decernit exilia: alios facit peregre vel in exilijs depre-
 care. In undecimo loco Mars ab horoscopo constitutus bona multa decernit: et augmenta pa-
 trimonii largitur: et amorem populi frequenter dat maxime dignitatis insignia: si sic cum posi-
 tum cum deficiente luna iupiter bona radiatio respexerit: aut si cum eo fuerit aut trigo-
 nica se societate coniunxerit: tunc enim facit iudices habentes ius gladium cum maximis di-
 gnitatibus insignitis. In duodecimo loco Mars ab horoscopo constitutus. Si pro die in hoc
 loco fuerit inuentus egritudines maxime decernit: et malis vitijs implicat: et a seruis
 crebras percipit insidias: et facit tale cui spiritus serui nocere desideret: et omnibus eius multipli-
 ces pro seruis spargit infamias: frequenter autem propter inclusos quosdam aut in custodia
 constitutos: aut etiam damnatos: et estus: languores: sollicitudines: damna: periculaque de-
 cernit. Sed hec omnia mitigantur si sic Mars positus in nocturna genitura fuerit inuentus.
 Optare autem debemus in omnibus genituris atque in omnibus locis ut Marti quilibet radia-
 tione quilibet ex loco: Venus ac iupiter sint semper opportuni: tunc enim impetus eius ex quo
 licetque parte languescunt: cum istarum stellarum fuerit testimonio mitigatur. Sed et illud debe-
 mus optare ne quando pro die cardine aliquem Mars geniture possideat. Si enim pro die par-
 tiliter in aliquo geniture cardine fuerit inuentus: vario contra eum quod natus fuerit genere
 grossat. In cardine enim Marte posito: si ei pro die iupiter se coniunxerit in alio cardine pro
 die Mars fuerit inuentus: et saturnus alium cardine geniture possiderit: faciet biotthana-
 tos aut ipsos sibi inferentes necem. Si vero in cardine pro die constituto Marte: in alio car-
 dine Venus fuerit inuenta faciet assiduis malorum illecebris fatigari: aut interfecto-
 res uxorum: aut ipsos sibi inferentes necem. Si vero Mars pro die aliquem geniture cardine
 possiderit: et Mercurius aliquem fuerit geniture cardine constitutus cardiacos faciet: et quod-
 licetque ratione damnatos. Si vero in aliquo pro die geniture cardine Mars fuerit inuentus: et
 sol in alio geniture cardine sit positus: faciet quodcumque libet semper exuri. Si vero luna se si-
 mili radiatio coniunxerit: et si luna crescenti sit lumine faciet biotthanatos: et mures eorum
 acerba morte prosternit. Si vero luna aliena ab eo fuerit: et sine alicuius stelle coniunctio-
 ne in quolibet geniture cardine pro die fuerit inuentus: maxime valitudines: vitia: egritu-
 dines: debilitatesque decernit gaudet aut coniungens se deficiente lune semper et veneri.

Significatio solis

Unius enim has tres stellas: id est martis & lune & veneris in libro institutionis si cut meministi conductionis esse monstrauius. Si vero in quocumque cardine geniture per diem fuerit constitutus & alium geniture cardinem mercurius acceperit magna & imensa & sinemodopericula decernit. Quicquid enim mali in rebus humanis est: id totum ex ista stellarum coniunctione decernit: & illud meminisse debemus quod & per diem mars in cardinibus constitutus semper sobolem denegat filiorum. Si locus filiorum in signo eius fuerit inuentus: & ipse in cardine constitutus quia ipse dominus. i. eius loci: filios denegabit. Sed & si in alieno domicilio filiorum locus fuerit inuentus & dominus ipsius signi cum marte fuerit: vel si mars eum de diametro vel quadratore spererit: filios denegabit. Si vero per noctem ipse dator vite fuerit: maxima etatis spatia largitur. Si in diurna genitura ipse dator vite fuerit: faciet in primo etatis gradu positos interire. Si vero alter fuerit dator vite: mars per diametrum vel per quadratum resisterit: minuet ex hac etate que ei decreta fuerit annos quindecim. Si vero inter se & saturnum mediam lunam positam acceperit: debilitat amputatque partem corporis pro qualitate signi in quo luna fuerit inuenta. Si vero lunam crescentem per diametrum vel quadratum viderit: eos qui nati fuerint aut statim perimit aut faciet exponi.



Significatio Solis in signis.



Ol cum dominus geniture fuerit: z bene locatus facit hoies plenos fidei: sed inflatos superbie spiritu sapientes z oia spiritu equitatis moderatiõe cõpositos: humanos: religiosos: z qui patres suos integro semp amore colunt: facit etiam corpulentos: et quoz caput flauo capilloz crine luceat: facit etiã agriculas patrimonia ppria virtute queretes: efficaces: cordatos: z qui semp aquosa regionũ delectatione letent: facit etiã tales qui oes actus cum maxima honestate perficiant: sed hi ab vxore z a filioz erunt affectibus separati: vitia vero z valitudines circa oculos z ceteras corporis partes frequẽti facit igne comburi: mortis vo exitus in peregrinis locis violẽtos publicosq; decernit: auget sol tempus vite si bene collocatus fuerit: z si eum maliuolaruz

stellarum radij non impediunt.

Significatio Solis in .xij. domibus celi.



Ol in parte horosc. pstitutus difficiles fratres dabit. In masculino aut signo pstitutus in domo sua: aut in altitudine sua: z beniuole stelle radiatione p iunctis beniuolis pfectus: magne nobilitatis largit insignia. Si vo maliuole stelle sole in horosc. pstituto prope radijs accedat oculoꝝ aciem ex maxima parte desiderat. Sed q; diximus eum maximas decernere felicitates oia debemus specialiter explicare cum saturno in horosc. cardine partiliter pstitutus: in his in quibus diximus partibus per diẽ

imperatores faciet ac reges qd si vis eius leuiter fuerit impedita pfulares faciet p consulares z dat ordinarios pfulatus. Si vo mars sic solem positum sicut diximus aspexerit: vel si cum eo positus fuerit cum maxima inuidia: z cum magnis periculis z impedimentis: z magnis pugnis aut difficultatibus ducatus: imperia: potestatesq; decernit. Si vo sole in horosc. p diem in his in quibus diximus signis partiliter pstituto: alium iupiter cardinez geniture possederit: mars vo in medio celi fuerit partiliter inuẽtus: in masculino scz signo: luna etiã in aliq; sit geniture cardine plena lumine: vel in anaforis cardinũ: eu q natus fuerit toto orbi faciet impare aut in tali ptatis administratiõe pstitutus ptas eius: lz nõ sit dñs ac rex p totius orbis tñ spacia dirigat. Si vo mars in medio celi fuerit vel in occasu sic sole z ioue sicut diximus pstitutus: luna vo cum marte vel in medio celi fuerit inuenta pleno scz lumine: vel in octauo geniture loco eos qui sic nati fuerint duces aut reges aut administratores biothanatos facit: aut aliqua rone captos: mala faciet: morte pster ni: fm naturã scz signoz atq; substantiã: faciet aut interdũ depositũ ab honoribus suis ab oĩ ptate deici. Sed z si mars cũ luna non fuerit sic sicut diximus p iunctus z solus in cardinibus geniture fuerit inuẽtus: vel i cathaforis vel in anaforis eoz sole in horosc. sicut añ dixim? pstituto nihilominus q nati fuerint duces vel reges vel administratores captiuos biothanatos faciet: vel cum summo dedecore a sua

Significatio iouis

potestate deponi. Sed et si sol in parte horosc. fuerit inuentus. Si saturnus pariter medio celi possederit. Si i. mō reges: duces: et potentissimos administratores facit. Si sic sole posito ac saturno: mars in scdo ab horosc. vel in octauo fuerit inuētus: et luna plena luminib⁹ in alijs cardinibus fuerit inuenta vel in scdo ab horosc. loco: vel in octauo cū marte: eos q nati fuerint reges vel duces vel administratores biothanos facit: et exules et captiuos. Si vō sol solus in parte horosc. fuerit inuētus in qbus diximus signis: hoc enī te meminisse pueniet: et mars in anafora lune fuerit inuētus. Luna in ceteris cardinib⁹ vel in anaforis cardinū cōstituta: eos q nati fuerint reges vel duces vel administratores fili mō biothanos faciet vel cogit eos isto honore priuari. Si vō sol in parte horosc. fuerit inuētus: et luna in ceteris cardinibus geniture: vel in anaforis: vel in cathaforis cardinū fuerit inuēta: et mars se nulla illis radiatiōe p iunxerit. Si vō iouis stella: aut cū sole in parte horosc. pstituta: aut in ceteris cardinibus inuenta vel in anaforis vel in cathaforis cardinū: hi qui nati fuerint reges totius orbis gubernacula possidebūt: euerētēs alias ciuitates: alias subleuantes. Si vō sic positus mars solē lunā iouēq; respexerit: aut cū ipsis positus aut in cardinibus inuentus: aut in anaforis aut i cathaforis cardinū pstitutus: malas mortes faciet his qbus dixim⁹. Sed et vitia et valitudines decernit s̄m naturā signoz: et s̄m has corporis partes: quas diximus signis esse diuisas valitudines et vitia decernunt et casus mortiu. Si vō sic his oibus collocatis sicut diximus saturnus in anaforis eoz vel in cathaforis cardinū fuerit inuētus: i periu qdē tantū quantū diximus nō habebūt nihilomin⁹ tū maximos potētia viros ac famosos iudices faciet: aut magnaz legionū ppositos: aut tribunos: sed efficaces et terribiles: sed nō pseuerantes in his dignitatibus ac potestatibus. Sed vt captiuos eos faciet: aut in exiliū agi: aut facit biothanos interire. Placite vō sol in signo horosc. pstitutus faciet ingenuos nobiles. Sed placite sole in signo horosc. cōstituto. Si iupiter et venus et mercurius in ceteris geniture cardinib⁹ fuerint pstituti: magnos viros faciet: et qbus parentib⁹ maxima bonoz felicitas cōparet: et q a prima etate in rebus bonis ac psp̄eris crescant: ita vt sint semp ab incurſu paupertatis alieni. Sed si sic oēs positos hos saturnus de trigono respexerit: vel de exagono: vel etiā si pariter fuerit pstitutus perpetua felicitas illis decernit. Sed si sic oēs positos. i. solē in signo horosc. iouē: venerē: mercuriū: in cardinib⁹: saturni vō in trigono vel exagono aut loco cū ipsis pstitutū: mars hac radiatione respexerit: aut cū ipsis pstitutus: aut hos oēs de quadrato respexerit: aut de diametro: et huic stellaz cōmixtioni p iunxerit: faciet maxios iudices potētes habentes vite et necis ptatē. Sed fures rapaces: et q res alienas auaro rapiāt cupiditatis instinctu. Sed nihilominus hoc eos post maximā dep̄cationē: vel post maximas rapinas: v̄ post imēsa facinora: exules facit aut biothanos. Si vō sol nocte in horosc. signo fuerit inuētus: sordidiores genere facit pcreari. Quod si p noctē solē in horosc. pstitutus saturnus aut mars respexerint p qdratū: aut p diametru: aut sil cū eo fuerint et ille se illis quacūq; radiatiōe p iunxerit: maiores qdē frēs pimit. Sed et ipſius vite atq; oēs p̄rimonij substātiā et actus oēs puerſiōe dissipat. Sed semp in oibus cardinib⁹ geniture sol pstitutus maiores frēs oēs debilitabit: aut q sic habuerit inter oēs fratres primū facit nasci. ¶ In scdo loco sol ab horosc. pstitutus faciet ipsos semp patrimonia querētes: et in oī vita suaues ac bonos. Sed hos eosdē languidos facit et

parue vite & varijs faciet contrarietatibus impediri: & qui semper sint in vita sua varia terroris trepidatione solliciti. Si vero in hoc loco constitutus sol eum venus ac iupiter bona radiatione respexerint vel de trigono vel de exagono: vel eum ipso fuerint collocati bonorum aliquid repentinum dabit: & felicitatis incrementa non modica. Nam iacentes homines & abiectos: ad publicum faciet incremento dignitatis adduci. Sed hoc ei magno labore & cum maximo impedimento decernit: & cum matrimonij iactura voluntaria. Unde quicumque sic solem habuerit constitutum: nihil appetat: ad nullam rem adeat cum sciat se: sic posito sole: in omnibus actibus impediri.

In tertio loco sol ab horosc. constitutus patri malam mortem decernit & ipsos qui sic eum habuerint inuálidos faciet: sed in consilijs bonos ac graues faciet: aut procuratores ciuitatum: aut rationes publicas tractantes: aut fisco prepositos: aut fisci patronos si bona se ei iupiter & mercurius radiatione coniunxerint: sed uxorem ac filios tardius consequenter. Si vero in tertio geniture loco positus sic: in domo sua: vel in domo iouis: vel in domo veneris: vel in domo mercurij: vel in altitudine sua: vel in altitudine iouis: vel veneris: vel mercurij: faciet religiosos deorum cultores: qui simulacra deorum & per se facta religiosis consecrationibus dedicent & qui fabricationibus templorum iussu principum: vel iudicum presint. In alijs vero signis sicut diximus positus: facit in templis ignobilia officia: aut seruile aliquod ministerium. Si vero in tertio loco ab horosc. constituto sole saturnus aut mars aliquid se ei radiatione coniunxerint: vel si cum eo fuerint faciet periuros perfidos & crebris ab hoc denotationibus miseros: ganeones: & qui sordida & absconsa loca semper sectent: & qui contra diuinitatem irreligiosa proferant verba: sed assiduis animi fatigationibus estuantes.

In quarto loco sol ab horosc. constitutus: si in loco positus martis & saturni aliqua fuerit radiatione pulsatus: patri primo mortem decernit: & generis totius euersionem atque patrimonij facit totius labem. Ipsi vero qui sic eum habuerint interpellationes & molestias plurimas & contrarietates & impedimenta ex maxima parte decernit. Sed bonam senectutem faciet: ita ut in hac etate constituto lucra maxima conferunt. Sed erit circa affectus uxoris instabilis.

In quinto loco sol ab horosc. constitutus faciet amabiles: honoratos: & qui omnia facile consequantur: & quibus cuncta amicorum presidio conferantur. Sed si sic sole posito presens in eodem signo se veneris stella sociauerit vel de exagono coniunxerit coronarum largit insignia: & pretextarum veste decorabit. Sed & a populo honores qui sic solem habuerint maximas conferuntur. Quod si maligne stelle cum sole in eodem loco fuerint nihil mali poterunt decernere: nec propterea propter loci naturalem bonitatem: sed solum filijs nocebit. Si vero in eo loco solus fuerit inuentus: minoris erunt hec quas diximus felicitatis: & sic nocebit filijs & indicat perpetuas orbitates: aut ex casu filiorum maxima doloris tormenta patiat.

In sexto loco sol ab horosc. constitutus multa mala decernit: semper enim nocebit: & graues ac longas egritudines faciet. Quod si sic mars in horosc. fuerit inuentus: actus quidem publicos faciet: sed infligit ei frequenter vulnera ex ferro: patrem autem faciet aut mala morte interire: aut cito mori: aut aliqua ratione danari. Sed & omnem substantiam varijs faciet generibus deperire. In sexto loco sole posito si in decimo ab horosc. loco. i. in medio celi nulla stella fuerit inuenta. Nam si in sexto loco constituto quacumque stella decimum locum. i. medium celum possederit faciet locupletes diuites affluentes: & quibus

paterna successione maxima felicitas comparatur. Si vero in sexto loco sole posito
 nulla in medio celi stella fuerit constituta. Jupiter vero et Venus cum eodem sole in
 sexto fuerint inuenti: quicquid malorum decretum fuerit mitigatur et tota infelici-
 tatis impeditur improbitas. ¶ In septimo loco sol ab horoscopo constitutus ma-
 xima vitia et valitudines decernit: presertim si sic solem positum Mars et Saturnus
 aliqua radiatione respexerint: vel si cum eo fuerint collocati: secundum enim naturam
 maliuole stelle que cum ipso fuerint collocata: indicit vitia et egritudines: si Mars:
 caliditas et ignitas. Quod si Luna cum eo vel in septimo loco sole constituto Luna in ho-
 roscop, vel in medio celi partiliter fuerit collocata magnos: potentens: nobiles fa-
 ciet. et quibus committantur maxime potestates: presertim si fuerit in domo sua: aut
 in valitudine sua: aut in domo Iouis constitutus: et si locus fortune partiliter: et per
 computum diligenter inuentus in aliquo cardine fuerit collocatus. Si vero sic sole
 et Luna constitutis. sic etiam fortune loco collocato Jupiter aliquam geniture cardi-
 nem tenuerit imperatores: reges faciet: sed bonos beniuolos: faciet etiam duces
 potentes et administratores: fortes: temperatos: efficaces: prouincias et ciuitates
 subiugantes. Quod si his omnibus sole scilicet et Luna et Ioue: et loco fortune sicut diximus
 positus Mars et Saturnus in secundo aut in octauo ab horosco. loco fuerint constitu-
 ti amittunt imperia et ex honoribus aut administrationibus suis cum dignitatis
 iactura deponunt: et aut ab inimicis gentibus: aut ab aduersarijs atque emulis op-
 primuntur. faciet etiam ut ipsi sibi manibus suis inferant mortem: sed et captiuos
 facit hos eosdem aut exules. Si vero in septimo loco geniture: vel in quocumque alio car-
 dine collocato sole: et Mercurius se in eodem loco positus iunxerit: vel matutinus
 vel vespertinus litteratos faciet qui maximam ac variam litterarum scientiam con-
 sequantur. Si vero sic soli ac Mercurio positus Saturnus se iunxerit: maliciosos facit
 maliuolos: pessimos: et qui velint difficilius litterarum noticiam habere: vel qui easdem ipsas
 difficiles litteras faciant. Si vero per noctem fuerint inuenti sol et Mercurius et Satur-
 nus lapidarios faciet: aut pollinctores: aut funerarios: aut quibus sepulchrorum
 cura aut custodia mandet: faciet etiam armentarios: bubulcos: pastores: equorum
 domitores: equarumque pastores: porcarios: et his similia: secundum naturam potestatemque
 signorum. Et si in nocturna genitura sole et Saturni constitutis septimo loco: scilicet et Mer-
 curius et Venus in eodem loco fuerint inuenti vel in duodecimo vel in sexto: et Sa-
 turnus constitutus cum ipsis fuerit eunuchos faciet: et mulieres viragines: et que
 se nunquam virili coitu iungant: vel si se aliquando viro coniunxerint nunquam concepturas:
 aut edituras partum. Si vero sic his positus Mars se aliqua radiatione coniunxerit: et
 cum ipsis fuerit inuentus: hermafroditas faciet in quibus duplex se natura con-
 iungat. Quod si in his omnibus constitutis Luna se aliqua radiatione coniunxerit: vel
 si cum ipsis fuerit inuenta: archigallos facient. et qui virilia proprijs sibi amputent
 manibus: facient etiam lenones et qui meretrices suis velint procuracionibus elo-
 care. Sed in sexto loco cum sole constituto: hec eadem faciunt si nulla stella in me-
 dio celi constituta istius malicie soluerit atrocitatem. Nam si qua in medio celi fue-
 rit inuenta: his omnibus sic inuentis in sexto loco constitutus omnia que diximus
 mitigantur. In secundo vero loco geniture vel in quinto vel in undecimo si Mercurius cum
 Saturno fuerit inuentus: sole cum his in eodem loco constituto maliciosos facit ma-
 liuolos: pessimos in omnibus actibus faciet: aut aduocatos: aut iurisperitos: aut

scribas: aut exceptores: aut ortorum prepositos: aut aquarum distributores. Quod si sic
 his positus in his in quibus diximus locis mars se aliqua societate coniunxerit: vel
 si cum his fuerit inuentus erunt homicidijs publicis prepositi: et exceptores ea-
 rum sententiarum que de hominum capitibus proferuntur: aut cornicularij: aut
 commentarienses: sed quibus cura committatur: aut clauicularij: aut carceris custo-
 des: et quibus publicarum catenarum vincula committantur: aut prepositi carni-
 cum: aut carnifices: et qui damnatos homines flagellis lacerare consueuerint: et
 cetera his similia. Si vero his omnibus sicut diximus in his constitutis iupiter et ve-
 nus aliqua se radiatione coniunxerint: vel si cum his fuerint inuenti: nihil quidem
 eorum facient que ante diximus: nulla enim sole decernunt: cum ioue vero et venere:
 sacerdotes facient victimarios: et qui sacris presint: vel qui pecora sacra aut sacris
 aut religionibus destinata pascunt: vel qui in templis aliquo funguntur officio:
 aut qui de templis maxima munera consequantur. Sed he omnes stelle quas di-
 ximus etiam in duodecimo loco partiliter constitute hec eadem simili ratione de-
 cernunt. Sed hi ipsi homines tardiores: sed et his omnibus in quibus fuerint col-
 locati: et glorias habebunt et principatum. Sed et in undecimo loco constituti ho-
 mines si alia stella sicut ante diximus in medio celi fuerit inuenta hec eadem si-
 mili ratione decernunt. Quod si in septimo geniture loco vel in quocumque alio cardi-
 ne solus sol cum marte fuerit inuentus: vel in secundo geniture loco vel in quinto
 vel in octauo vel in undecimo dabit ex igne et ferro et que ex aliqua duricia fabri-
 centur. Sed in cardinibus sol et mars pariter constituti perpetua hec artificia de-
 cernunt. ¶ In octauo sol ab horoscopo constitutus patrem cito faciet interire. Si
 vero cum eo mars aut saturnus fuerint inuenti: aut de diametro ei oppositi: aut de
 quadrato coniuncti: facient alienos: deliros: aut cardiacos: aut freneticos: sed in
 naturam signorum hec valitudinum vitia decernuntur. Si vero in octauo loco po-
 sito sole. in diametro luna fuerit constituta nondum soluta coniunctione sed ple-
 na lumine: sed et si cum eo synodiaca in octauo loco fuerit inuenta. Saturnus vero
 et mars per diametrum vel simili constituti pariter: vel si se illis quadrata radia-
 tione coniunxerint valitudines et debilitates maximas facient. Nam caput ma-
 liciosis humoribus onerant: et ex humorum statua perseveratione qui circa caput
 collecti fuerint: facient caducos et lunaticos: aut assidua interceptione deficere:
 faciunt etiam aliena verba proferre: aliorum humores graui iactura debilitant:
 alijs maculas: lepras neptegines: thysim: bydropen: alios elephanticos faciunt:
 alios claudos: alios gibbosos: alios paraliticos: aliorum maximas partes ampu-
 tent corporis. Sed hec sunt differentias signorum atque naturam omnium decer-
 nuntur. Nam similia faciunt in secundo ab horoscopo loco et in sexto et in duode-
 cimo et in octauo sicut diximus constituti. Quod si sic omnibus sicut diximus po-
 sitis iupiter et venus aliqua radiatione se coniunxerint: vel simul cum ipsis po-
 siti: vel si trigonica eos radiatione respexerint: vel si lune se coniunxerint: he
 omnes valitudines quas diximus: tales erunt vt mederi et curari possint. Sed
 et si sic beniuolis stellis collocatis iouem scilicet venerem maliuola stella con-
 iunctionem lune venietis exceperit: vitium quidem atque egritudo perpetua erit.
 Sed et diuinitatis alicuius prouidentia valitudinis acerbitas mitigatur. Quod
 si his omnibus sicut diximus collocatis mercurij se coniunxerit stella: aut cum

Significatio solis

ipsis posita: aut in exagono collocata valitudines istas quas dixim⁹ aut remedio aliquo aut cantationibus compescet aut mitigabit: aut ob nefarias his remedijs ab incurfu valitudinum liberentur: presertim si luna ioui se crescens aut veneri i minuta luminum coniunxerit. Quod si in ista stellarum dispositione qua exposuimus lune semper mercurij stelle se coniunxerit: et cum eodem collocato a beniuolis stellis vel de trigono: vel de exagono radiata fuerit: ad deos confugiunt: et illic manebunt ab ipsis remedia postulantes. Quod si luna se mercurij stelle coniunxerit sic sole saturno et marte: sic dixim⁹ positus. Jupiter vero et venus in aduersis et deiectis locis fuerint inuenti insanos: lunaticos: demoniacos faciunt: et qui ex his vitijs perpetuis calamitatibus implicentur: ita vt biothanata morte depereant. ¶ In nono loco sol ab horoscopo constitutus fabricatores facit: vel cultores deorum: diuinorum simulacrorum: vel ornatores deorum: vel fabricatores templorum: aut hymnologos et qui laudes deorum cum iactantia et ostentatione decantent. Ex quibus rebus et gloria et honores habebunt: facit autem sic sol positus patres felicem. Sed et ipsi et patri eius varias vite mutationes multiplicesque decernit: et si beniuola stella sic sole posita in anafora medio celi fuerit inuenta: in peregrinis locis constitutus augmenta felicitatis maxima consequentur. Si vero in hoc loco inaliuola stella fuerit inuenta multa incommoda in peregrinitate patietur: et peregre cum dolore morietur. ¶ In decimo loco sol ab horoscopo constitutus partiliter in diurna genitura. i. in medio celi in domo sua: aut in domo iouis: aut in ea parte in qua exaltatur faciet reges quibus a patre tradatur imperium: aut duces quibus hoc honoris simili modo paternis tractatus honoribus conferatur: aut administratores aut consules et proconsules: sed quibus hoc ex parte dignitatis merito deferatur. Quod si sic sole posito mars alium geniture possederit cardinem: regna: ducatus: administratus: consularatus: proconsularatus: per pericula et per pugnas: sed per inuidiam consequentur. Quod si sol in medio celi in his signis in quibus diximus partiliter fuerit inuentus mars vero in occasu. i. in septimo geniture loco fuerit constitutus: et luna in alio cardine geniture plena luminibus martem respexerit. i. aut in horoscopo posita aut in medio celi facit eum qui natus fuerit: siue rex siue dux siue consul siue proconsul siue administrator: exulem captiuum. Sed et sol sicut diximus in medio celi si fuerit collocatus. mars vero in secundo horoscopi loco: vel in nono fuerit constitutus: et luna per diametrum: vel per quadratum martis exceperit radios: vel cum ipso pleno fuerit lumine constituta simili modo hos eosdem quos diximus biothanatos: exules: captiuos facit. Quod si sic sole sicut diximus posito: mars alienus ab his locis fuerit que diximus. Jupiter vero in cardinibus fuerit inuentus: aut in cathaforis: et luna aliquem geniture possederit cardinem: plenamque se luminibus iouis radiationibusque coniunxerit hos eosdem reges aut duces faciet potestatem suam per spacium totius orbis extendere. Malice vero sol in eo signo constitutus in quo est medium celi nobiles parentes faciet: honestos: presertim si sic solem positum beniuola stella aliqua radiatione respexerit. Adminuuntur autem hec si sic positum solem maliuolum sidus impediatur. Sed generaliter sol in omnibus cardinibus partiliter cum mercurio constitutus litteratos faciet: disertos: et varijs litterarum studijs oratores unde varij actus et maxima quedam decernitur disciplina. Erunt autem isti qui sic habuerint solem et mercurium si se illis iouis stella coniunxerit: litterarum gratia et

In figuris

magisterij cum regibus cōstituti. Sed hec etiam mercurius facit: si longe a radijs solis fuerit inuentus: et si sic eum positum in inuidia martis ac saturni iupiter et venus bona radiatione respexerint. ¶ In vndecimo loco sol ab horosc. constitutus felices facit ac nobiles: et quoz patres maximo honoris splendore decorentur. Et processu temporis augmenta felicitatis et dignitatis accipient. Hec autem maiora erunt omnia si sic positum solem iupiter aut simul cum eo collocatus: aut trigonica radiatione respexerit: aut si venus cū ipso matutina fuerit inuenta: aut si exagano matutina respexerit. Nam hec omnes dignitates amicoz illis gratia conferuntur. Si vō sol in vndecimo loco geniture fuerit inuentus et maliuole stelle cū ipso fuerint: aut aliqua illi radiatione coniuncte: nihil quidem actibus neq; laboribus impediunt. sed solum filioz loco acerbi decreti perseuerantia nocēt. ¶ In duodecimo loco sol ab horosc. constitutus ignobiles: et frequenter seruos: et captiuos faciet: et patris citam mortem: et totius patrimonij iacturam decernit: etiam vitam et egritudines graues. Sed et si beniuola stella cum sole in eodem loco fuerit inuenta: nihilominus maximas ignobilitates faciet. Si vō maliuola stella in hoc cum sole fuerit inuenta perpetuas egritudines et vitia maxima decernit: et perpetuas seruitutes.

Venus



Significatio veneris

Significatio veneris in signis.



Venus si domina geniture fuerit effecta: facit hoies delectabiles: letos vocabiles: assiduo luxu vacantes: amabiles: gratos: venustos: amatores: libidinosos: pios: iustos: et apud quos integra et incorrupta necessitudo amicitie permaneat. Corpus vero eorum erit longum candidum: habebunt oculos gratos: venustatis splendore fulgentes: spissis capillis: aut molliter flexis: aut gradata pulcritudinis venustate componit: aut crispus crinium facit bostritis conatos equales: multo potu gaudentes: modicum sumentes cibum: et qui semper venereos coitus crebro cupiditatis ardore desiderant: et qui omnes cibos facillime digerant: et in omni sane vita nobiles mundi: et quorum vita: animus: et institutum musicis semper delectationibus inherescat. sed hec pro signorum ac locorum qualitate cuncta decernit. facit enim in deiectionis locis posita et geniture dominium sortita organarios: pictores: et qui integras corporum similitudines pingant. In principalibus autem geniture locis posita faciet claros et diadematis: aut aureis coronarum infulis ornatos: sacrarum disciplinarum reperiatores: et viros mulierum: et mulieres viroborum bonis affectibus obligabit. Sed vespertina mulieribus opitulatur. matutina vero viris: hac ex causa informe numen veneris esse dixerunt. facit enim secundos et multa sobole gaudentes: et quibus a filiabus maxima leticia conferatur. sed vitia facit circa naturalia et necessaria. mortes vero notas gloriosasque decernit. sed et huius sideris mixturas cum habuerit dominium sicut ceterarum stellarum diligenti debemus inquisitione colligere conditionis etiam potestatem. Nam si in nocturna genitura in quinto ab horosco. loco: vel undecimo: vel in horosc. vel in medio celi fuerit inuenta: vel in domo sua vel in altitudine sua: vel in finibus suis: et a deficiente luna dominium acceperit: et eam iupiter bene positus trigonica radiatio respiciat: vel si luna ad eam sine testimonio saturni feratur minuta luminibus laureas protexas: et consularium fascium decernit insignia. Si vero istam coniunctionem trigonica radiatione mars respexerit cum istis honoribus etiam insignem potestatis licentiam proconsulare largitur imperium: presertim si mars in domo sua: vel in domo iouis fuerit inuentus: vel in finibus suis: vel in finibus iouis: vel in altitudine sua: et si venus a solis radiis fuerit liberata. Quod si sic venere collocata mercurio: aut in domo sua: aut in finibus suis aut in altitudine sua: aut in domo veneris: aut in finibus veneris fuerit inuentus: et sit in opportunis geniture locis positus. Si vero fuerit diurna genitura decernit quidem nihilominus varia: sed hec omnia quacumque ratione debilitat. Si vero fuerit in nocturna genitura positus: vel opportunis in locis: istam coniunctionem maligna radiatione pulsauerit: deficientisque lune radios aspexerit totum quicquid ante promissum impeditur. Si vero venus dominium nacta in deiectionis vel pigris locis fuerit inuenta: in saturni loco vel domo vel finibus etiam saturni in geniture cardinibus posita per noctem ad saturnum minuta. per diem vero ad martem feratur plena luminibus faciet impuros: libidinosos: et qui assiduis calamitatum

casibus implicentur: et qui ex istis amorum cupiditatibus pulsantur infamia: vel qui propter illicitas cupiditates: vel adulterij crimen publici discriminis periculis implicentur: et fiant propter hoc famosa morte biathanati. presertim si his sic positus mars in occasu geniture positus venerem inimica radiatione respiciat.

Significatio veneris in. xij. domibus.



Venus in parte horoscopi partiliter constituta. si per noctem in hoc loco fuerit: diuinis ingenijs homines faciet: amicos imperatorum: aut potentium reddit: et quibus imperatorum ac magnorum virorum negocia credantur. faciet etiam oratores maximos et bonos sui naturam qualitatemque signorum. Si enim in humanis signis partiliter in horoscopo fuerit inuenta faciet sacerdotum principes: et qui in ipsis sacerdotijs purpureis aut auratis vestibus induantur: et qui futura predicant. faciet autem gratos: venustos: diuites: si nulla maliuola stella sic posita ve-

neri aliqua se potestate radiationis obiecerit. Si vero in his quibus diximus signis partiliter venere in horoscopo constituta mercurij se stella coniunxerit: et cum eadem fuerit in eodem signo: et hisdem partibus partiliter collocata coronatos faciet atque in fulis coronari. faciet etiam tales musicos ut omnium admiratione laudentur. In constantibus vero signis et que modice sunt vocis posita in nocturna scilicet genitura: faciet multiplici studio venatores: amicos imperatorum: facientes aliquid tale: et inuenientes quod ad venias regias pertineat. faciet etiam prepositos voluptatum: sed earum que ad delectationem regiam preparantur: accipientes annonas ab imperatore maximas. sic autem ex prestantione annonarum maxime illis diuitie conferantur. In terrestribus vero signis aut in aquosis constituta faciet tales homines qui odorum pigmenta faciant: aut qui magnificas vestes texant: aut tinctores maximos perficiet. In quadrupedibus vero signis sicut diximus constituta faciet nobiles: gloriosos: bonos amatores pecorum et regis animalibus prepositos. Si vero in diurna genitura in horoscopo partiliter fuerit inuenta faciet infames: libidinosos: impuros. erunt etiam linteones aut pluuiatarum aut colorum inuentores atque tinctores: aut caupones: aut tabernarij. sed si sic venerem per diem positam saturnus ex aliqua parte respexerit faciet molles cinedos: et qui se dulcibus actibus dedant. Sed si sic in horoscopo venus constituta in prima etate dabit uxorem. faciet autem saturnus si sic positam venerem forti radiatione respexerit aut padaistros. aut textores: aut pigmentorum inuentores. Quod si sic venerem positam iupiter bona radiatione respexerit. regis tetrinis faciet prepositos. ¶ In secundo loco venus ab horoscopo constituta: si in nocturna genitura sic fuerit inuenta: faciet magnarum artium inuentores et affluentia copiosos. sed qui frequenter pulsantur infamia: et quibus gradatim felicitas conferatur: et gratos: amicos in veneris cupiditatibus. Si vero per diem in hoc loco fuerit inuenta: maximas contrarietates: et tardas nuptias decernit. causas etiam cum aliqua femina concitat: quidam etiam repentinis uxorum mortibus viduant. Si vero sic positam venerem: aut sol: aut saturnus p

Significatio veneris

quadratum aut per diametrum respexerint: vel cum ea positi fuerint facient steriles
et circa venereos actus inefficaces: et qui nunquam ducant uxores: et qui semper puero-
rum amoribus implicentur. sed hec fortius decernunt mala si in diurna genitura
sic venus fuerit inuenta in domo saturni vel martis vel mercurij vel in fimbriis eorum.
¶ In tertio loco venus ab horoscopo constituta bona erit si eam iupiter aliqua ra-
diatione respexerit. accipiet enim uxorem de templo vel sacerdotis filiam. Sed si
cum venere vel mercurij stella fuerit luna: erunt etiam ipsi propheti neocori: aut pro-
positi templis et religionibus. ¶ In quarto loco venus ab horoscopo constituta per
diem idest in medio celi iacturam maximam patrimonij faciet: et assiduas vidui-
tates: et tales reddit qui difficile possint aliquid impetrare. sed et si cum mercurio fue-
rit partiliter radiatione coniuncta adulteros facit frequenter scoemen propter ma-
las administrationes: vel publicas vel priuatas proscribi facit. Si vero per noctem
in hoc loco fuerit inuenta: processu etatis laudes faciet magnorum viro-
rum amicos: et
plenos gratia et decentes. In iuuentute vero id est in prima etate honestos quidem et quibus
nihil desit: sed vitio quodam mentis implicatos secundum propriam signi naturam
atque substantiam. In tropicis enim signis constituta aut in duplicibus: viduita-
tes decernit et danna: et causas propter mulieres aut mulieribus excitatas. In solidis
vero signis constituta morigeras decernit uxores: et qui ab his maxime diligentur
et quibus gloria et patrimonia a mulieribus conferantur: amoto signo aquarij. Nam
si venus in hoc signo fuerit inuenta in quarto ab horoscopi loco et luna aut de qua-
drato: aut de diametro eam respexerit: vel si cum ipsa sit collocata facit steriles et qui
filios creare non possunt: et qui se nunquam possunt coniugalibus affectibus copula-
re: et qui puero-
rum semper coitu gaudeant. ¶ In quinto loco venus ab horoscopo con-
stituta faciet bonos: benignos: et quicquid facile volunt impetrent: faciet etiam co-
ronari infulis et coronis. Si iupiter eam aliqua radiatione respexerit famosa: vel
quodam honore nobilitatis. Si vero cum ea fuerit mercurius collocatus: augmen-
ta vite promotionis. sed cum maxima largitur infamia. Facit autem in omni congrega-
tione victores: et quibus gratia victoriarum premia conferantur: in omnibus potentes:
et qui semper futura prenoscant: natos potentibus viris: et quibus a mulieribus:
aut ab uxoribus patrimonia maxima conferantur: vel qui presidio aut patrimo-
nio mulierum aut uxorum ad maximos veniant gradus dignitatis: sed processu tem-
poris omnia eis plena atque perfecta tribuunt. Si vero crescentis lune lumen exce-
perit: et crescens luna se ei coniunxerit: cum magna inuidia administrationes et glo-
rias consequentur. sed certos reddit: et ab omni mendacio separatos: et qui nec de
veris rebus iurifurandi necessitatem aut dare: aut accipere velint. Sed cum uxori-
bus faciet si sic cum luna venus posita sit. propter quasdam suspensiones conten-
tiosas iurgiorum confuisiones iurgare. ¶ In sexto loco venus ab horoscopo constituta
per diem et noctem ignobiliores dabit uxores: aut viduas: aut debiles: et nunquam mo-
rigeras viris. si nulla stella in medio celi fuerit inuenta. Si vero mulier in sexto
loco geniture sue veneris stellam habuerit collocatam: magnas difficultates: et
magna pericula patietur ex partu. Aut enim abortiet frequenter: aut difficile
edet partum: aut intra viscera dilaceratum eis pecus a medicis proferatur. Si
vero in sexto loco venus constituta in nocturna genitura aliqua stella in medio
celi fuerit inuenta faciet gratos: decoros: cuius uxores morigerantur: etiam

quibus ab vxoribus felicitas pferat: et omnia quecuq; voluerint consequent. Si
 vero aliena venus a cardinibus fuerit constituta: et maliuole stelle que in cardinibus
 constitutam lunam forti radiatione possederint: et eos qui nati fuerint expositos
 a parentibus faciet: statim faciunt. ¶ In septimo loco venus ab horoscopo consti-
 tuta: si in suo signo per noctem fuerit inuenta felicez reddit senectutē. tardius autē
 dabit vxorē et difficile filios decernit eis qui sic habuerint venerē positam. Faciet
 autem de rebus veneris maximis infamijs laborantes sū naturaz equitatē signi.
 Si enim hunc locum tenuerit in tropicis signis constituta: vel squamosis aut erra-
 ticis: et cum ea mars fuerit: aut se illi per diametrum aut quadratum forti radia-
 tione coniunxerit: facit impuros: libidinosos: infames. Si vero sic positam cum
 marte venus in his in quibus diximus signis alia saturnū radiatione respexerit:
 id est aut per quadratum: aut per diametrum: aut simul positus: mulieres que sic
 habuerint venerem cum hac stellarum societate impure: et impudice: cum mulie-
 ribus coibunt libidinis causa: sed hec vitia erunt fortiora si in capricorno vel ariete
 hec se stellarum mixtura coniunxerit. ¶ In octauo loco venus ab horoscopo con-
 stituta in diurna scilicet genitura tarde dabit vxorem: et cum dederit: dabit aut de
 generem: aut viduam: aut sterilem: aut graui feditate deformem. sed et si mercu-
 rius cum ea fuerit: simul cum mercurio venerē in hoc loco positam maliuola stel-
 la respexerit: vel per quadratum: vel per diametrum: vel si cum ipsis in hoc loco fu-
 erit inuenta: omne eius qui natus fuerit patrimoniu dissipatur: vel qualicūq; pro-
 scriptione nudatur: mors ergo illi per gomorreā. i. per defluctionē seminis aut cō-
 tractionē: aut per spasmū: aut per appolem fertur. Si vero per noctem in hoc loco
 venus fuerit inuenta diuites facit: et quibus morte mulierum magnaruz felicitas
 conferatur. Adors vero illis cito et sine dolore: et sine aliquo tormēto decernit. ¶ In
 nono loco venus ab horoscopo constituta in diurna genitura: faciet eum qui sic ha-
 buerit venerem assidua cuiusdam demonis interpellatione pulsari. facit: autem
 in templis manere sordide: et sic semper incedere: et qui nunq; tondeant comam: et
 qui aliquid velint q̄si a dijs dictū hominibus nūciare: quales solent esse in tēplis
 qui vaticinari consueuerūt. reddit etiam sic posita venus somniorū frequenter in-
 terpretes. Sed hec fortiora erunt si sic positam venerē saturnus aliqua radiatione
 respexerit. Si vero in nocturna genitura hoc loco fuerit inuenta faciet diuinos deo-
 rum cultores: et qui sacris ac religionibus studeant. Quibusdam vero officia aut do-
 na largitur ex templis. Si vero per noctem sic venus constituta mars et saturnus de
 diametro: vel de quadrato: vel simul positi ei se iunxerint: faciet mulieres exagi-
 tari vt cum mulieribus grauis infelicitas conferat: et quibus semper mulieres in-
 grate sint. presertim si cum ista stellarū societate in tropicis signis fuerit inuenta. Si
 vero sic positam venerem de trigono vel de exagono iouis stella respexerit: vel cum
 ea fuerit inuenta faciet mulieribus adamari. faciet venustos: gratos: et qui oīa fa-
 cile psequant: et qui in re dominant vxoris. Alij enim curam mulierū suscipiūt: vel
 mulierū pcuratores existunt. Alij sic habentes venerē in palatijs regum: vel in po-
 tentiū viroz domibus ob fabricationē harum rerum que ad cultū sunt mulierum
 necessarie perseuerant: grati semper ex his necessarijs propter has res promotio-
 nibus aliquibus adornantur: et ex his rebus augmenta patrimonij maxima conse-
 quent. Si vero sic positā venerē mars in diametro pstitutus: vel in quadrato respe-

Significatio veneris

xerit: presertim si ipse sit in cardinibus constitutus inimicos habebunt: videbunt
 etiam graues mortes filiorum: erunt etiam inimici filiorum aut adulterij aut stu-
 pri causa. Si vero sic positam venerem cum iouis stella mercurius de quadrato re-
 spexerit: vel saturnus solus in diametro venerit vel fuerit inuentus: mercurio in
 quadrato vel cum ipsa constituto: vel si simul saturnus et venus cum mercurio fu-
 erint constituti: in hoc scilicet quo diximus loco: faciet steriles sine semine: puero-
 rum amatores: libidinosos: et propter hec vitia in homicidijs: aut periculis: aut cri-
 minibus constituto. Si vero mulier sic habuerit venerem sicut diximus cum hac se-
 conjunctione stellarum virorum actus semper imitabitur. ¶ In decimo loco ve-
 nus ab horoscopo constituta. i. in medio celi: faciet claros: et coronatos: et quibus
 grandis gloria et fortuna maxima conferatur. Si vero hoc loco cum mercurio fuerit
 inuenta: faciet chordarum et instrumentorum chordatos: discipline auctores: et
 quicquid voluerint facile consequantur. Si nulla saturnus et mars se ei radiatio-
 ne coniunxerint: ipsa vero sit matutina: facit publicos musicos: et qui a philoso-
 phis honorantur. Si vero eis saturnus aliqua radiatione coniunxerit faciet infam-
 es: et in his quibus diximus profitetur artibus secundos: et qui nunquam sibi vindi-
 cent principatum: qui res suas aliene tuitioni committent. Si vero sic positam venerem
 mars forti radiatio respexerit: aut si cum ipsa fuerit: faciet infames: famulos. Si
 vero mulier sic venerem positam habuerit impura libidiosa et ad omnium exposita
 voluntatem: et meretricis actibus semper implicata: que propter necessitatem vi-
 te in meretricio vel lenocinio prostituat: sed et sine qualitate substantiamque signorum
 hi actus perficiuntur. In erraticis enim signis: aut in tropicis: aut in saturni do-
 mibus: aut in squamosis sicut diximus collocata talem mulierem reddit. In his
 vero signis sicut diximus venerem si vir habuerit constitutam: infamis erit in infini-
 tum: et qui res impuras multiplici ratione committat. Sed ut diximus in his signis
 et cum ista stellarum societate venus posita: ita ut non in feminino signo fuerit in-
 uenta: et luna per quadratum vel per diametrum crescente lumine: simili modo etiam
 ipsa in feminino signo constituta martem respexerit: faciet eunuchos: aut abscis-
 sos: archigallos: aut hermofroditos: et qui semper non agant et patientur que mu-
 lieres pati consueverunt preposteris libidinum ardoribus citate. ¶ In undecimo
 loco venus ab horoscopo constituta: si vespertina fuerit: et eam sic collocata et mars
 et saturnus aliqua parte respexerint: faciet steriles et qui generare non possunt: et qui
 difficile nuptias adipiscantur: et frequenter puerorum amatores facit: aut mulie-
 rum scenicarum: vel qui publicis mercimonijs presint: presertim si sic posita in tro-
 picis signis fuerit constituta: sed circa substantiam gradatim crescentes: et quibus
 augmenta horum etiam patrimonia: amicorum presidio conferantur: gratos ta-
 men et venustos faciet. et si sic posita venus conjunctionem lune venientis accepe-
 rit: faciet locupletes: diuites: maxime potentes etiam glorie: et quibus magnarum
 potestatum cura mandetur: interdum nobilium ciuitatum faciet decem primos.
 Si vero matutina in hoc loco fuerit inuenta: et simili modo conjunctionem lune
 venientis exceperit. Et prima etate facit potentes: et quibus a prima etate potestas
 aliqua committat: ita ut magnis viris aut imperatoribus fides amicitie merita con-
 iungant: et qui semper usque ad ultimum diem vite gratia venustatis ornantur. Et for-
 tiora hec erunt si sic veneri et lune in hoc loco positus mercurius se aliqua radiatio-

ne coniunxerit: vel si cum ipsis in eodem loco fuerit constitutus. ¶ In duodecimo loco venus ab horoscopo constituta: si in nocturna genitura sic fuerit inuenta: faciet mulierum causa assiduo ruiticie dolore cruciari. Si sic positam mars & mercurius forti radiatione respererint: faciet enim ab ancillis libidinis causa frequentes insidias fieri animi estu: sed decernit instinctu libidinis turpis amoris incendia. Alij vero ancillas sibi matrimonio coniungunt. Alij sibi publicas meretrices genialis thori copulatione consociant: ex qua causa etiam filiorum soboles denegat. Per diem vero in hoc loco posita mulierum causa necem vel male mortis decernit atrocitatem secundum naturam qualitatemque signorum. ¶ Dabet enim hec stella varias: sed que difficile inueniri possint decernendi potestates. Sicut autem in imaginibus artifex pictor liniamenta membrorum ex varia mixturarum diuersitate presignat & temperatis coloribus certam corporis formam imitatione facit similitudine corporali: sic et stellarum coniuncta radiatio: societatis consensu pariter temperata vni quandam vicissim ex coniunctis sibi potestatibus mutuatur: & substantiam sibi ex diuerso ignium calore collatam: fata hominum ad picture modum equata societatis moderatione depingit. Nam sic hoc esse quod dicimus: istis rationibus comprobatur: veneri sicut diximus collocata si saturnus aliqua radiatione se coniunxerit: animos facit peruersis vitijs implicari: & ad nullos actus reddi necessarios presertim si ista coniunctio veneris & saturni in nocturna genitura fuerit inuenta. Si vero sic posita ioui se radiatione coniunxerit ab incurso precedentis malicie liberatur: maxima enim largitur bona. Nam & patrimonij augmenta proprijs actibus consequetur: & erunt ab omni vitiorum labe sepositi. si tamen sic constitutam venerem cum ioue de diametro luna nulla radiatione respererit. Quod si in diametro luna fuerit inuenta faciet infames libidinosos: aut puerorum amatores: et ex coitu mulierum sudarios facit graui infamie pulsari de decore. ex incestis enim et stupris ex ista coniunctione graues decernuntur infamie. aut enim cum sororibus: aut nouercis: aut filiabus: aut fratribus coire coguntur. Sed nihilominus ex isto incestu lucra illis maxima obueniunt: & confertur aliquod meritum dignitatis. Sed & semper venus cum luna simul posita: aut de quadrato coniuncta: aut amoris illecebras: aut infamie labem prona felicitate decernit: aut acerbis animi vitijs implicabit: aut facit impura: aut libidinosa cupiditate preposteris: aut ex incestis amoribus graui pulsatur infamia. aut enim sicut supra diximus cum sororibus coeunt aut cum alienis a genere: duas tamen sorores stupro sibi cogente coniungunt: aut cum filiabus coibunt: aut cum matribus: aut cum nuribus: aut cum priuignorum vxoribus: aut circa fratrum vxores vitio libidinosae cupiditatis ardebunt: aut cum matribus: aut cum nouercis: coibunt: aut cum affinibus: aut cum sororibus: aut cum sororum filijs. Si vero mulier sic venerem habuerit collocatam faciet libidinosa: & que promiscuis amoribus voluptatis implicetur. Sed semper infamie laque possessam: & incestis amoribus estuantem: & ipsa enim aut cum fratribus suis coibit: aut cum filijs: aut cum parentibus: aut cum patruorum filijs: aut cum filiarum matris: aut cum patruis: aut cum priuignis: aut affinibus: aut duos fratres ad vnam lecti libidine deuocabunt. Alias vero mulieres facit viriles actus appetere. Sed hec tunc fortiora erunt cum luna isti radiationi coniuncta in tropicis signis vel in erraticis vel squamosis: vel in biforibus ista quam diximus fuerit radiatione

Significatio Iouis

composita que fortiora et vehementiora erunt: si sic ambas: id est lunam et venerem
sicut diximus positas: vel lunam de duabus: mars aut saturnus de diametro vel de
quadrato viderint: aut cum vna ipsarum de duabus fuerit collocatus: vel si ista so-
cietate iuncta luna pariter et venus: vel ista radiatione composita in domum martis
vel saturni fuerint collocata: vel in mercurij signis simul fuerint: aut vna de dua-
bus in mercurij signo collocata: alia tali qua diximus radiatione respexerit: in ve-
spertino ortu venus constituta. Sed nocturna genitura in bono constituta signo
si se marti prospera radiatione coniunxerit: bona felicitatis incrementa decernit.
Potentes enim et gloriosas potestates facit: et bonorum maxima largitur insignis
et locupletum facultatum diuitias largitur. **Q**ui si per diem marti se ex quacumque ra-
diatione coniunxerit: multorum ac magnorum malorum infortunia decernit. **G**au-
det enim per noctem si se luna marti mercurioque coniunxerit: et tunc homines ma-
xima felicitate nobilitat: quotiens in nocturna genitura fuerit cum his bona radi-
atione coniuncta. **S**i vero cum sole in hoc loco in quo loquimur venus fuerit: iniu-
stissimam eam fore omnium prudentium responsionibus constitit. **N**ale enim co-
stituitur venus si cum sole collocata fuerit. **N**on enim gaudet solis sociata lumi-
nibus: et quicquid in rebus humanis malum videtur ac miserum hoc totum homi-
nibus cum sole posita decernit. **G**audet vero retro solem collocata: id est matutina:
tunc quicquid boni cum bonis posita decernit: fortiora felicitatis crescent augme-
ta. **S**i vero domina horoscopi fuerit inuenta: et ipsa totius geniture domina fuerit:
vel si ipsa decreuerit vitam in bonis signis vel opportunis geniture locis colloca-
ta: maximam vite largitur etatem. **S**i vero dator vite vel geniture: vel horoscopi do-
mino in diurna genitura resisterit: et ex eo tempore vite quod decretum fuerit mi-
nuit annos octo: et vitia sic posita decernit: sed talia que non graui maculantur in-
famia.

3
e
o
s
l
e
o
t.
a
v
u
a
li
l
ō
ni
l
e
r:
l
o
i
l

29

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Mars de trigono respexerit facit hominem bonis ac prosperis occupari actibus.
 Si vero sic mercurius partiliter in nocturna genitura in horoscopo fuerit inuentus
 diuinos sensibus facit: et qui omnia que volunt facilis semper rationibus con-
 sequantur. Reddet etiam honestos moribus: et graues rationibus: facit etiam pre-
 positos aut conditionum: aut frumentorum: aut vectigalium: aut negociationum
 aut mensarum: aut fenerationum his negocia tractantes. Reddet etiam sic p nocte
 collocatus imperatorum aut potentissimorum iudicum frequenter interpretes.
 Sed hec omnia sibi differentiam decernit: qualitatemque signorum. ¶ In secundo
 loco mercurius ab horoscopo constitutus: si in matutino ortu fuerit inuentus fa-
 ciet homines obscuros scelerate metis: alienos ab scientia litterarum: et qui sint
 ab omni vite subsidio destituti. Si vero in hoc loco vespertin^o fuerit: et sic in noctur-
 na genitura faciet veneratores negociatores: aut qui alienarum curam rerum p-
 curationemque sustineant. Si vero in diurna genitura sic fuerit inuentus: facit pila-
 logos: aut laboriosarum litterarum peritos: et qui naturam suam nolunt ceteris ho-
 minibus comparare. Affectabunt etiam ad omnia que illis nulla magisterij tra-
 didit disciplina: faciet sane miseros in vita: et qui se semper vario angustiarum ge-
 nere conficiant. Si vero sic positum mercurium aliqua iupiter radiatione respexe-
 rit: vel si cum eo fuerit inuent^o: et luna se illis bona coniunctione sociauerit faciet ma-
 gnis ac famosis locis preponi: sed qui non habeant potentiam principalem. Sed in
 ipsis actibus aliene potestati subiaceant: facit autem magnis rationibus preposi-
 tos: reddet tales qui etiam facultates regias posita dispositione sustentent: et qui
 omnes reditus regias thesaurosque sue habeant fidei dispositionemque commisos. Sed
 hec eorum felicitas breui temporis spatio finietur. ¶ In tertio loco mercuri^o ab
 horoscopo constitutus faciet sacerdotes: indignos archiatros: mathematicos: sed p
 se inuenientes atque discentes quicquid illis non est alieno magisterio: facit autem
 chordatos felices: et qui ad omnes actus facili se ratione coniungat. Si vero sic po-
 situm mercurius de trigono vel de exagono iupiter respexerit: vel si cum ipso fue-
 rit inuentus. faciet magne mentis: magnorum ac diuinorum consiliorum viros.
 Si vero sic positus mercurio ac ioui Mars se aliquibus radiationibus obligauerit:
 faciet procuratores regum famosos: duces potentes: administratores: et quibus re-
 gie facultates credant: et tales animo ac viribus reddunt ut omnia possint animi
 sui virtute feliciter superare. ¶ In quarto loco mercurius ab horoscopo consti-
 tutus in medio celi faciet acutos et publicis rationibus prepositos: et qui multipli-
 ci doctrina polleant. Si vero in hoc loco in matutino ortu fuerit inuentus: secretarum
 quarundam artium reddit magistros. Si vero sic positus mercurius alios geniture
 cardines Mars Saturnusque possederint: et mercurium aut de quadrato aut de dia-
 metro respexerint: faciet accusatores: custodes carceris: et frequenter damnatio-
 nes. Si vero vespertinus in quarto ab horoscopo loco. i. in medio celi fuerit inuen-
 tus faciet aurifices: aut fossores auri: aut absconfarum quarundam artium magi-
 stros: aut qui computo: aut calculo videantur instructi: aut palestricorum homi-
 num duces prepositosque perficiet. ¶ In quinto loco mercurius ab horoscopo con-
 stitutus si in matutino ortu fuerit inuentus absconsores auri: et diuitiarum faciet:
 et qui prouidentia sua maximam faciant substantie facultate: aut alienis sibi magnis
 faciet prepositos pecunijs: et qui diurnis moribus esse videant: decernit aut illis

Significatio mercurij

fic positus mercurius maxime vite substantia: et erit illis fecunda soboles filiorum. Si vero vespertinus in hoc loco fuerit inuentus pecunias nulla poterit ratione seruare. Sed totum quicquid pecuniarum vel auri et argenti ceterorumque nobiliorum repositum fuerit profusus faciet erogationibus dissipari: faciet sane negociosos ac rationibus publicis quacumque administratione prepositos: facit interdum pro qualitate signorum magistros: aut geometras: aut astrologos: et qui siderum cursu prudentia computationis inveniunt: facit etiam palestricis prepositos et eorum duces. Quod si in hoc loco mercurius positus coniunctione lune crescentis exceperit: totum corpus hominis facit varijs maculis variare: atque vitiosis valitudinibus implicabit secundum naturam qualitatemque signorum. Si vero mercurio sicposito deficiens se luna coniunxerit: de decorosis hominem valitudinibus implicabit: et faciet frequenter a recto viuendi ordine preposteris demencie casibus aberrare. ¶ In sexto loco mercurius ab horosco. constitutus: aut ex docta facilitate sermonis: aut ex aduocatione: aut ex negociatione: aut ex decorum redditibus faciet sibi maxima fortuna comparere: presertim si sicposito mercurio in decimo ab horosco. signo stella alia fuerit inuenta. Si vero in noctura genitura matutinus in sexto loco fuerit inuentus interpretes: piscatores: aucupes: sculptores facit. Si sicposito mercurius alia stella in decimo geniture loco fuerit inuenta. Si vero matutinus in nocturna genitura in sexto loco fuerit constitutus: et decimus ab horosco. locus nullam habeat stellam facit malignos: maliciosos: malorum consiliorum auctores: fures: sed et quos res alienas inuidio mentis ardore desiderant: et qui de alienis casibus gaudeant: delatores: et qui affines ac propinquos suos omnes acerbis odijs persequantur: pigros et cecos mentibus et quibus omnia malicie genere conferantur. Si vero vespertinus in hoc loco fuerit inuentus faciet chordatos graues crypticos rationibus: aut metris: aut horreis: aut apothecis: aut instrumentis: aut negociationibus prepositos: ex quibus occasionibus lucra illis magna conferantur. Si vero sicpositus coniunctionem lune venientis exceperit: faciet scribas: aut iudiciorum autores: aut senatus aut qui cum imperatoribus constituti dicendi habeant aliquam potestatem: aut qui actus principis suis dispositionibus gubernare subeantur. Presertim si sic mercurio constituto luna aut quecumque alia stella decimum geniture locum possederit. ¶ In septimo loco mercurius ab horosco. constitutus. id est in occasu in diurna genitura faciet eos qui sic mercurium habuerint grauibus vitijs implicari: et mulierum libidinum cupiditatibus estuare: erunt autem nimis aut puerorum amatores aut virginum. Sed hi mulieres stupratas sortiuntur uxores: frequenter infamium virorum curam tuitionemque suscipiunt. Sed et hoc pro signorum qualitate decernitur. Nam si in hoc loco in his in quibus non gaudet signis inuentus. id est si in domo martis: vel in domo saturni: vel in ceteris in quibus humiliatur faciet meretricibus prepositos: et lenones: et qui istius infamie sordibus sedentur. Si vero in diametro mars fuerit inuentus: vel in medio celi vel in occasu. id est in septimo loco cum mercurio constitutus: faciet parui temporis vitam: faciet tyficos: fugitiuos: exules: danatos. Si vero per noctem in septimo loco geniture. id est in occasu fuerit inuentus faciet mulierum diuitum procuratores: et quibus ex veneris occasionibus felicitates maxime conferantur: et aut calculi: aut musice: aut notarum: aut difficultum litterarum inuentores reddit: socio in hoc loco mercurio presepectas sepe se

cisse. ¶ In octauo loco mercurius ab horosco. constitutus geniture. si per diem vespertinus in hoc loco fuerit inuentus faciet tardos: et qui nihil agere audeant aut velint: laboriosis semp actibus impeditos: stultos: maliciosos: et ad nullos actus necessarios. Si vero in hoc loco constitutus in saturni domo fuerit in partibus saturni faciet surdos: presertim si illum sic positum saturnus aliqua radiatione respexerit. Si vero per noctem vespertinus in hoc loco fuerit inuentus: faciet alieni patrimonij heredes: et qui casu absconditas inueniant facultates. Erunt etiam felices pariter et beati: viciosi tamen: et qui facile assiduis languoribus fungantur. ¶ Matutinus vero in hoc loco constitutus faciet eos qui sic nati fuerint augere in infinitum pecunias: et actus magnos appetentes: alios autem faciunt sollicitudinum commendationum: aut actuum: aut frumentorum fidos: stabilesque aut alieni patrimonij frequenter. ¶ In nono loco mercurius ab horosco. constitutus sine alicuius stelle radiatione si in hoc loco fuerit inuentus faciet contentiosos: contradictores dialeticos: scire se proficientes quicquid illis nullis est magisterijs intimatum: maliciosos sed qui nihil possint efficaci ratione complere. Si vero in hoc loco matutinus fuerit inuentus faciet sacerdotes diuinos haruspices: augures: mathematicos: astrologos: medicos: et quibus ex istis artibus et institutis vite subsidia querant. Sed hec fortiora erunt si beniuole stelle fuerit radiatione protectus: faciet enim felices: beatos: magnos potentes: et quibus omnia felicitatis insignia conferant. Si vero sic positus mercurius maliuole stelle respexerint: vel si in diametro: vel in quadrato fuerint inuente faciet irreligiosos: sacrilegos: spoliatores templorum: damnatos: damnabiles: et qui semp in peregrinis locis oberrent fugientes: et qui exilij damnationibus opprimant. ¶ Vespertinus vero in hoc loco mercurius constitutus faciet sacerdotes: magos: medicos artifices: et quibus ex istis artibus vite subsidia comparant: et tales ingenio vt per se ipsi discant quicquid illis magisterij non tradidit disciplina. ¶ In decimo loco mercurius ab horosco. constitutus. i. in medico celi: Si matutinus in hoc loco fuerit admirabiles et magnos in actibus reddet. Si enim sic constitutum mercurium iupiter ex aliqua parte respexerit de trigono: vel de exagono in diurna genitura: erunt magni potentes maximarum ciuitatum vel imperatorum vel potentum virorum negocia tractantes: fideles: beniuoli: sapientes: graues. Sed in nocturna genitura si sic positum mercurium venus aliqua radiatione respexerit: hec faciet que in diurna genitura cum ioue illum facere monstrauimus. Si vero sic positum mercurium mars ex aliqua parte respexerit. i. de quadrato vel de diametro: promotiones venientes vario offensarum genere repelluntur: et erunt frequenter ob hoc exules vel alicuius damnationis onera sustinentes. Sed si luna se marti aliqua radiatione coniunxerit faciet etiam biotbanatos. ¶ Vespertinus vero in decimo loco ab horosco. constitutus faciet peregrinationes: et assiduas locorum commutationes: facit etiam in omnibus actibus publicarios. Si vero sic positum mercurium saturnus ex aliqua parte respexerit: aut de diametro: aut de quadrato faciet aquosis semp actibus occupari: et officia eorum aut prope mare: aut prope fluum. aut prope stagna constituit. vitia vero et valitudines ex humorum semper abundantia decernit. ¶ In vndecimo loco mercurius ab horosco. constitutus faciet ingeniosos et in omnibus actibus necessarios et quibus magnarum rationum actus committatur Sed tunc maiora decernit officia si ioui fuerit opportuna radiatione pium.

ctus ¶ In duodecimo loco mercurij ab horosc. constitutus faciet ingeniosos si fuerit in magnis negocijs constituti: aut conductores publicorum negotiorum facit: in quibus negocijs alij periclitantur nisi in his ipsi prosperos habeant euentus. Celsperinus vero in hoc loco constitutus multa faciet negocia concitantes et multorum inuentores negotiorum: neque enim sine causa istum locum prudentissimi viri notauerunt: neque sine causa partus aut tempus perturientis mulieris in hoc loco posuerunt: editura enim sobolem in hoc loco mater constituitur. Confert enim se etiam sextus locus duodecimus. Omnes ceterae stelle in his locis posite pigros habent actus: mercurius in hoc loco inuentus faciet doctos grammaticos oratores: geometras: atque suas res assidua mercatione vendentes: aut qui orationes, sine presidio laborantibus soleant hominibus subuenire: defendentes eos: et a periculis liberantes. Nam tales erunt ut ab hominibus cordaciores esse videantur: et quibus omnibus omnium doctrinarum conferantur augmenta. Sed hoc tunc facit: cum aut ioui coniunctus fuerit aut a maliuolis nulla radiatioe pulsatus. Si vero mars eum aut de diametro aut de quadrato respexerit: aut simul cum eo fuerit: faciet delatores absconditos: subdolos: maliciosos: maleficos: faciet etiam venerarios: aut quibus falsa artificia malicie perficiantur aut propter horum criminum malitiam graues condemnationes incurrant aut enim quasi malefici aut quasi falsatores damnabunt. falsarij autem aut tabulas aut actus: aut acta publica: aut ob hoc damnatos malis faciet mortibus interire: faciet etiam aut a seruis: aut propter seruos maximas damnationes et maxima pericula. Quod si sic mercurius ac marte constitutus: luna se crescenti lumine coniunxerit: biathanatos faciet. Sed qui iudicantis animaduersione plectantur. Sed et si sol in ipsis fuerit inuentus sine testimonio iouis: flammis faciet exuri. Sed hec omnia per signorum qualitate decernuntur. Sed quia diximus mercurius omnibus se facili radiatioe coniungere: et esse cum bonis bonum signum: et cum malis malum explicare debemus quid in genituris cum singulorum societate decernat. Per diem cum ioue positus ac sole in opportunis geniture locis maximas decernit felicitates. Si vero per diem cum matre fuerit inuentus maximorum infortuniorum faciet calamitates. Per noctem vero simili ratione mutatur. Nam cum venere et luna bonum est: cum sole vero maxima mala infelicitatesque decernit.

¶ Mercurij coniunctio cum sole.



Mercurius cum sole per diem partiliter constitutus in horoscopo faciet reges: duces potentes. Si vero per noctem in hoc loco fuerint partiliter inuenti: patrem degenerem et ignobilem faciunt: erunt autem in artibus publicis: sed absconditis et miseris: secundum naturam qualitateque signorum. ¶ In secundo loco ab horoscopo sol cum mercurio partiliter constitutus augmentum patrimonij decernit et aliquorum actuum principatum. ¶ In tercio loco ab horoscopo sol et mercurius constituti faciunt haruspices: somnorum interpretes: medicos: diuinos: augures: astrologos: mathematicos: et qui semper futura predicant. Sed quorum ars atque institutum ad omnium noticiam perferatur. ¶ In quarto loco ab horoscopo. id est in medio celi partiliter mercurius cum sole constitutus faciet ignobiles et absconditarum aut illicitarum artium peritos. Sed honestos et graues. Quasi sic positi fuerint in quarto loco geniture con-

Coniunctio mercurij cū saturno.

6
siderandum est maxime in quo sint signo constituti: & quis sit eius signi dominus
Periculosum est enim maxime si hi taliter positi in saturni domo fuerint inuenti
¶ In quinto loco sol cum mercurio ab horoscopo constitutus partiliter faciet no-
biles: & qui omnia facile perficiant: sed periculosos: & qui non habeant perpetuā
felicitatem: & qui multos facili ratione decipiant. ¶ In sexto loco ab horoscopo
mercurius cum sole partiliter constitutus: laboriosos: pigros faciet & quorum pa-
tres nesciantur: orbos parētibus: tardos in actibus: & qui nihil consequi possint:
si nulla stella in decimo ab horoscopo loco fuerit inuenta. Si vero in decimo loco
ab horoscopo stella aliqua fuerit inuenta diuitiarū ingenuitatis & glorie insignia
conferuntur: presertim si beniuola stella in decimo loco fuerit inuenta. ¶ In se-
ptimo loco ab horoscopo mercurius cum sole partiliter constitutus. i. in occasu.
Si per diem in hoc loco fuerit inuentus faciet eis qui sic nati fuerint maximas
res potestatesq; committi: sed ipsos biothanata morte faciet interire. Si vero per
noctem in hoc loco partiliter fuerit constitutus faciet multa perpeti mala labo-
rantes: et quottidiano opere alimenta querentes: et malis semper ac sordidis
actibus occupatos. Erunt enim artes aut sordide aut squalide: aut graui odore:
ex quibus artibus vigilie perpetue ab operantibus exigantur: quales sunt con-
fectores coriorum: fullones: lanarij: pictores: coqui: et his similes: ipsos tamen fa-
ciet ethomaticos et prima etate viciosos. ¶ In octauo loco ab horoscopo mercuri-
us cum sole partiliter constitutus faciet homines debiles viciosos: & qui facili
ratione decipiantur. Sed in hoc loco constituti biothanatam mortem faciunt: et
decernunt frequenter insanias. ¶ In vndecimo loco ab horoscopo mercurius
cum sole partiliter constitutus faciet exorcistas: et qui laborantes demonum in-
cussione homines remedijs liberent: vt his artibus maxima illis vite substantia
conferatur. ¶ In decimo loco ab horoscopo. i. in medio celi cum sole mercurius
partiliter constitutus in his quibus gaudet signis: vel in quibus exaltatur per
diem totius orbis dominos faciet: at multis & maximis prouincijs potestatis me-
rito prepositos: presertim si iupiter eis bonum testimonium commodarit. ¶ In
vndecimo loco ab horoscopo mercurius cum sole partiliter constitutus in proces-
su etatis felicitatis augmēta decernit. ¶ In duodecimo loco ab horoscopo mer-
curius cum sole partiliter constitutus pauperes infelices seruos facit: et qui sem-
per in peregrinatione depreant.

De coniunctione mercurij & saturni.



Mercurius et saturnus in parte horoscopi partiliter constituti
in diurna genitura absconsores pecuniarum faciunt aduoca-
tos: aut iurisperitos: aut scribas: sed languidos et qui cito desi-
ciant. Si vero per noctem in hoc loco fuerint constituti seruos
aut captiuos ex liberis facient et tradent eos potentibus viris
captiuitatis causa seruituros. Si vero in feminino signo in ho-
roscopo scilicet saturnus et mercurius partiliter in nocturna
genitura fuerint inuenti facient eunuchos: vel viros sine semi-
ne: & qui coire nō possint: turpes: ifames: impudicos: cinedos.

CIn secundo loco ab horosco. mercurius cum saturno partiliter constitutus: in diurna genitura faciet herbarios medicos: et per quos hominibus sanitas comparatur. Sed diuites etiam et famulos in actibus suis. Erunt autem pro qualitate signorum frequenter oratores: aut potentum virosum. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti: facient mendicos. nudos: insanos: aut temploꝝ seruos: frequenter etiam facient accusari et in custodiam constitui: lugubres tamen semper et sine filijs: et aliqua corporis parte debiles: aut quibusdam vicijꝝ implicatos:

CIn tercio loco ab horosco. mercurius cum saturno partiliter constitutus faciet vmatos: aquas ex altis puteis leuantes: hortulanos: actores modicarū villarū aut pollinctores et funerarios: aut custodes mortuorum: cadauerum: aut sepulchrorum faciet ianitores.

CIn quarto loco saturnus et mercurius partiliter constituti. i. in medio celi faciet illicitarum et absconfarum artium magistros: aut earum conscios: et qui quotidianam vitam ex malis artibus querant. Sed quidam sic habentes mercuriꝝ cum saturno: aut in custodia erunt: aut aliqua ratione damnantur: Sed omnes actus secundum naturam qualitatem et signorum: et secundum rationem ceterarū stellarū inueniuntur.

CIn quinto loco ab horosco. saturnus et mercurius partiliter constituti facient eos qui sic nati fuerint frequenter mutare domicilia: et annonam aut frumentorum aut locorum quorundam prepositos: aut gemarū: aut margaritarū: aut aromatum: aut metallorum prepositos facient etiam et sacrorum cultores.

CIn sexto loco et in duodecimo ab horosco. loco mercurius et saturnus partiliter constituti eadē simili ratione decernunt: Si enim per dies in his locis fuerint inuenti: multarū doctrinarū scios facient: absconfarum artium doctrina pollentes: et qui omnia que in rebus humanis sunt velint scire: maliciosos sane et inuidos: et qui vicijꝝ aut valitudinibus implicentur. Per noctem vero in sexto et in duodecimo geniture loco partiliter constituti facient falsarum litterarum auctores: sceleratos: maliciosos: maliuolos: maleficos: et qui se maximis malis et necessitatibus implicent. Sed si in his locis sic positos mercuriꝝ et saturni siue per diem siue per noctem mars aliqua radiatione respexerit: aut per quadratum: aut per diametrum: sine vitabili malo implicatos homines publice mortis faciet animaduersione puniri.

CIn septimo loco ab horosco. i. in occasu mercuriꝝ et saturni partiliter constituti heredes mulierum: et magnarū facultatū desiderijs estuantes facient atque amatores mulierum. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti in omni puerfatione vite miseros facient: qui maximis debitis obligantur viciosos tamen ac debiles: erunt autem maligni maliciosi: quidam tamen accusati in custodia publica constituantur.

CIn octauo loco ab horosco. mercuriꝝ cum saturno partiliter constituti processu temporis patrimonij et honoris augmenta decernit: alij vero mortis alienae causa per inimicā psequuntur: valitudo tamen illis erit: aut de vesice calculo: aut de ventris vicio per noctem. Per noctem vero in hoc loco partiliter constituti pauperes: pscriptos: languidos: aut ruginosos facient: et quibus humores facient ex damno repetendos. Si luna minuta lumine ad saturnum ferat: aut ad matrem plena.

CIn nono loco ab horosco. mercuriꝝ cum saturno partiliter constituti: prophetas: aut vestitores diuinorum simulacrorum: aut baiulos diuinarum ceremoniarum facient.

CIn decimo ab horosco. loco mercuriꝝ cum saturno partiliter constituti. i. in medio celi alienorum patrimoniorum heredes facient: aut maximarum rerum inuentores: erunt infidelis scribe aut actores: aut maximorum virosum procuratores. sed si sic eos positos et stella fortuna eos viderit: diuino in-

genio faciet oratores: vel oratorum artium magistros: aut gramaticos aut his omnibus potestatibus alicuius auctoritate prepositos: aut magistros studiorum: aut magistros censuali celestis rescrutari: alij computos exercent: alij difficultum litterarum aut inuentores: aut magistri erunt. ¶ In undecimo loco geniture saturnus z mercurius ab horosc. partiliter constituti hec decernunt que illos in quinto loco decernere diximus. ¶ In duodecimo loco geniture mercurius z saturnus ab horosc. partiliter constituti quid decernant sextus geniture locus manifestus explicauit.

De coniunctione mercurij z iouis



Mercurius cum ioue partiliter in horosc. constitutus in diurna genitura faciet claros z gloriosos ciuitatibus prepositos: aut maximarum ciuitatum decem primos iuridicos: z qui prouincijs aut ciuitatibus iura restituant sed qui iustis semper gaudeant causis. Si vero per noctem sic fuerit inuenti procuratores: aut actores: aut negotiorum prepositos: sed magnorum ac potentum virorum interdum facit scribas: rationibus mensis apothecis negociationibus prepositos argutos vero ingeniosos: z quibus ex

bonitate ingenio felicitas maxima conferatur. ¶ In secundo mercurius z iupiter partiliter ab horosc. constituti in diurna genitura faciet heredes alieni patrimonij ab extraneis adoptatos: z fundorum multorum et depositarum specierum dominos z quibus processu temporis augmenta felicitatis maxima conferantur. Si vero per noctem in hoc loco partiliter fuerint inuenti stultiores facient: z in quibus non sit perpetua felicitas: z quos vite cursus sepius ratione decipiat. ¶ In tertio loco ab horosc. iupiter et mercurius partiliter constituti magos facient: sed per clara semper bonitate pollentes hymnologos aut deorum baiulos aut custodes templorum: aut qui religionibus homines incitent z secreta: z qui deorum monitu futura pronoscant: aut sacris certaminibus faciet prepositos: hec in nono loco ab horosc. iupiter z mercurius decernunt pariter constituti. ¶ In quarto loco ab horosc. mercurius z iupiter partiliter constituti ex inuento casuali z organi faciet aut curatores: aut tutores minorum: sed qui mulierum curam tutoremque suscipiet. Quid vero quedam casu inueniet alij latetium thesaurorum vias norunt: ex quibus maxima illis felicitas parat. ¶ In quinto loco ab horosc. mercurius z iupiter partiliter constituti z per diem z per noctem eadem simili ratione decernunt. Plures enim potestates processu temporis transferunt. erunt autem in omnibus actibus feliciores: z quod volunt facile consequantur: hec eadem in undecimo geniture loco pariter constituti decernunt. ¶ In sexto loco ab horosc. mercurius z iupiter partiliter constituti per noctem z per diem eadem simili ratione decernunt. si in matutino ortu fuerit inuenti. faciet enim in omnibus negocijs faciles rationales: aut causis aliquibus vel certaminibus: discussionibusque: aut rationibus: aut negociationibus: aut quibusdam religionibus prepositos: aut ex eorum redditibus facultates habebunt maximas. presertim si sic his collocatis in decimo ab horosc. loco aliqua stella fuerit constituta. Sed si luna sic feratur ut his se sua raditione coniungant. et in decimo ab horosc. loco constituta erunt diuites affluentes multarum pecuniarum: aut multi auri domini: et qui possessionum fructus maximos consequantur: felices: beati: et qui regum actus sua intercessione disponant: exactores regiarum annonarum: vel pecuniarum fiscalium: prouincijs: ciuitatibusque prepositi. Si vero diurna genitura et sexto loco ioue et

mercurio constitutis nulla stella in decimo ab horoscopi loco fuerit inuenta mediocres vite patrimonio z actibus faciet. Si vero per noctem sic fuerint inuenti reddunt negociorum interpretes: z piscatores: aut augures: aut sculptores: aut laboriosos semper actibus impeditos: aut seruilia officia facientes: aut in talibus partibus positos que grauibz odoribus z grauibz sint sordibus squalide. i. aut fullores: aut coctorum confectores: aut calegarios: aut piscatores: aut lauarios aut his similes. ¶ In septimo loco ab horosc. constitutus partiliter mercurius cum ioue. i. in occasu: z per noctem z per diem eadem simili ratione decernit. facit enim a mulieribus felicitates maximas conferri: z faciet publicis muneribus prepositos: z populorum et ciuitatum principes: aut decem primos longioris vite: z bonae senectutis: z bonis consilijs ac moribus: z qui bonas res desiderent semper. sed in nocturnis genituris minuunt si sic mercurium positum cum ioue saturnum de diametro vel de quadrato respexerit: vel si cum ipsis fuerit inuentus. ¶ In octauo loco ab horosc. mercurius z iupiter partiliter constituti in diurna genitura si fuerint inuenti mediocres in vita facient: z qui ex quibusdam inuentionibus vite sibi praesidia comparent. Quorundam enim infamant inuentum: sed processu temporis mediocriter substantie incrementa decernunt. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti: aut inueniunt aliquid unde habeant maximum vite subsidium: aut hereditas illis non modica conferetur: z processu temporis maximis felicitatibus subleuantur viciosos tamen tempore z languidos facient. ¶ In nono loco mercurius z iupiter constituti hec decernunt que in tercio loco geniture constituti decernunt. ¶ In decimo loco ab horosc. mercurius z iupiter constituti partiliter magnos actus: z magnas administrationes z magnas decernunt potestates pro mensura geniture. ¶ In undecimo loco ab horosc. mercurius z iupiter constituti hec decernunt que decernere illos in quinto diximus loco. ¶ In duodecimo ab horosc. loco mercurius z iupiter partiliter constituti: si mercurius matutin^o extiterit faciet scribas regis: aut senatus: aut notarios: z exceptores principum aut ciuitates maximas tuebuntur: sed qui magna z frequenter offendant z qui nouissimo vite tempore infelicitatis onere pregrauentur: aut qui biothana ta morte depereant. Si sic positi in nocturna genitura, in diurna etiam genitura quātulumcumq; in his actibus z in his officijs perseuerant: z non frequenter offendunt. Uespertinus vero in hoc loco cum ioue constitutus: tardiores actus: et finistrum fatum dabit. Quidam vero popularibus actibus aut laboriosis implicabunt.

De mercurij z martis coniunctione.



In parte horoscopi mercurius z mars partiliter fuerint constituti in diurna scilicet genitura anafóricos cardiacos facient: et oligochronios: et infelices: aut occasione mulierum: aut ex amoris illecebris: aut absconditis scripturis: aut de maleficijs: aut de falso damnari eos facient z facient biothanas interire. Si vero per noctem in hoc loco partiliter fuerint inuenti facient magnos magnarum religionum prepositos: duces: aut prenuncios: aut protectores: aut felices imperatorum administratores maximos: quibus ex euentu pugnarum maxima felicitas conferatur. Si vero sic per noctem positos mercurium z martem saturnus de quadrato vel de diametro re-

spexerit faciet periculosos: et qui sepiissime decipiantur: nam in omnibus impe-
 diuntur actibus. Sic enim constitutus saturnus inertes et sine arte faciet homi-
 nes: et qui omni felicitatis onere pregrauentur. ¶ In secundo loco ab horosc.
 mercurius cum Marte partiliter constitutus in diurna genitura natus exponi
 faciunt: et si nutriti fuerint faciunt aliqua ratione fugitivos: facient frequenter
 exules: interdum etiam captiuos. facient plerumque ex proscriptione enudari quos-
 dam tamen ex grauibz valitudinibus: aut fortibus vicijs implicat alios bi-
 othanatos facient: si lunam plenam radiauerint. Per noctem vero si sic fuerint
 inuenti facient male mentis maliciosos: obscuros: timidos: et audaces: et qui in
 oibus actibz decipiant. sed actus eoz faciunt multiplices. Erunt enim aut publica-
 ni: aut vectigaliarij: aut curiosi quosdam mente insanos aut freneticos facit. ¶ In
 tertio ab horosc. loco mercurius et Mars partiliter constituti facient aut ex segni-
 cijs: aut ex feriatis actibus vite habere substantiam erunt autem tales vt futura
 predicant: et qui semper conuersentur in templis. sed omnibus qui negociantur
 terribiles: etiam si nihil sciant: vel si nihil agant existunt: et qui processu temporis
 habeant felicitatis augmenta. ¶ In quarto loco ab horosc: mercurius cum Mar-
 te. i. in medio celi partiliter constitutus pigros humiles in omnibus actibus et in
 omni fortuna faciet et cum parentibus vel cum affinibus assidue exercebunt ini-
 micicias: vt per ipsos parentibus vel affinibus maxime semper inferantur insi-
 die: erunt etiam fidei iussores: et ex hac re maximis periculis quassabuntur: et ad
 humilitatem paupertatemque deuenient. Quid cum illis contigerit illicitarum qua-
 rundam artium auctores erunt: vel sequestres: vel conscij in quibusdam compre-
 hensi maximis periculorum laqueis implicantur: et damnationis animaduersi-
 onum plectantur. Alij in his calamitatibus constituti: magne ac longe egretudi-
 nis incursionibus opprimuntur. presertim si lunam sic positi de diametro vel de
 quadrato viderint. Si in quarto geniture loco mercurius et Mars et luna p noc-
 tem fuerint inuenti facient prepositos: tribunos duces: potentes: administratores
 sed biothanata morte pereuntes. ¶ In quinto loco ab horosc: mercurius et Mars
 partiliter constituti fortes: viriles: athelatas: inuictos: in omnibus certaminibus
 reddunt. sed qui ad varia loca domicilij gratia conferantur: et quibus de publico:
 aut de fisco victus et annone maxima conferatur gratia: sed in omni certamine supi-
 ores et terribiles aduersarijs suis faciunt. ¶ In sexto loco et in xij. ab horosc. Mars
 et mercurius partiliter constituti hec eadem simili ratione decernunt. Nam si per
 diem in his locis fuerint constituti valitudines et vicia maxima decernunt. faciunt
 autem et in custodia constitui et carceris habere noticiam: et ex quacumque accusa-
 tionibus oblegantur. a seruis enim et per seruos aut seruilibus hominibus:
 aut ab his qui sunt criminis alicuius causa in custodia constituti appetuntur aut
 deferuntur: et cum maximis tormentis: et cum maxima violentia et atrocitate de-
 pereunt: presertim si in his constituti locis lunam plenam ex aliqua parte prospex-
 rint. Si vero per noctem in sexto vel in xij. ab horosc. loco mercurij cum Marte fuerit
 constitutus facit multis debitis: aut multo vsurarum onere implicatos: et estus animi
 vel interceptiones facient: reddunt etiam pigros in omnibus actibus: et decernunt maxi-
 mas accusaciones: et graues inuidias. sed que aut a seruis aut propter seruos patian-

tur: alij cruciatores erunt seruatorum vt eos aut fame: aut plagis: aut tormentis aut assiduis operum exactoribus defatigent. In actibus vero nunq̄ perseverabunt qui in his locis mercurium cum Marte habuerint constitutum qui ab vno actu ad alium actum transferunt. In septimo loco ab horosc. i. in occasu mercurius cum Marte partiliter constitutus: si per diem in hoc loco partiliter fuerit inuentus: eos qui sic eum habuerint mulierem aut vxorem suam manu propria interficere compellunt: aut propter mulierem aut propter vxorem: aut propter amoris cuiusdam preposterarum cupiditates semetipsos aut alios interficient: aut propter tale aliquod amissum facient in publica custodia: aut in carcere constituti: et ex ista accusatione damnari. sed generaliter quicumq̄ missus est et Martem habuerint: homicidia et mortes in ipso pro signorum qualitate complentur. aut enim crassatores erunt: aut latrones: aut sicarij: aut pirate: aut his similes: et in his facinoribus comprehensi perseverantis sententie animaduersione plectuntur. In nocturna vero genitura sic positi facient eos a mulieribus iniustis actibus circūscribi: aut virginibus iungi: et ab his filios suscipere: et semper magnis vicijs inuolui. ¶ In octauo ab horoscopi loco mercurius cum Marte partiliter constitutus: si per diem sic fuerit inuentus faciet nihil tale: sed nihil ex eis que cupiunt consequi possunt: et periculosos: et qui omne patrimonium funditus amittant. Quidam vero erunt insani ac furiosi: alij in custodia conijciuntur aut damnabuntur: et finiunt frequenter ratione biothanati. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inuenti de malis partibus: vel de malis officijs facultates sibi aliquas comparabunt: et per dies singulos malis ac nefarijs actibus crescent. Erunt fures: aut effractoresh: aut qui commendatas sibi res: aut fidei sue creditas: obstinatis soleant cupiditatibus abnegare: aut nefariorum facinorum inuentoresh: vel executores: faciunt eniz aut tortores: aut carnificesh: aut proditores suorum: et ex istis artibus fortunarum ac facultatum sibi maximas substantias comparantes: sed mors eis cum violentia: aut cum quibusdam tormentis grauib⁹ proueniet: aut moriuntur granis insauie vicio laborantes. ¶ In nono loco ab horoscopo mercurius cum Marte partiliter constitutus iniustos: irreligiosos: periuros faciet. sed cum isto mentis errore nihilominus ministros deorum: sed et hos ipsos deos quibus seruiunt spoliantes atq̄ nudantes: qui templorum dominos ad predam suam sociant: sed hec maxime faciunt si longe a radijs solis inuenti fuerint: aut in suis inuicem signis: aut in suis inuicem partibus: aut in domo solis arte hec erunt. Si sic eis positus luna se de quadrato vel de diametro coniunxerit plena luminibus. ¶ In decimo loco ab horosc. Mars et mercurius partiliter constituti: miseros et inefficaces homines faciunt: delectabuntur autem assiduis nauigationibus et amatoresh: erunt palestrarum: et qui vitam suam potentib⁹ viris aut regibus cuiusdam vicij vendant. Erunt autem cum macula ac vicio sui qualitatem substantiamq̄ signorum. sed semper mercurius cum Marte partiliter constitutus in actibus publicis: aut in administrationibus: aut in occupationibus constituit. sed nunq̄ in ipsis actibus longa temporum continuatione perseverabunt. aut enim impediti: aut accusati admovebuntur: et frequenter iudicijs applicabuntur: et falsis interdum accusationibus opprimuntur. ex quibus infortunius ita eorum patrimonia dissipantur: vt graui onere vsuraz quatiuntur. sed et spōsiōe aut fideiussione aliqua grauib⁹ damnoz vel cōdēnationū generib⁹ opprimuntur

Si vero iupiter mercurio ac marti partiliter positus aliqua se testimonij societate coniunxerit: aut si cum ipsis partiliter fuerit inuentus: magnos in omnibus actibus faciet quibus multa negocia credantur: & qui simili modo & amittant substantiam pariter & querant. Si vero his venus aliqua se radiatione coniunxerit: vel si cum ipsis pariter fuerit inuenta faciet exactores imperatorum qui annuas fiscaliorum prestationes repetant discursores rationales: & qui magna negocia tractare consueuerunt. Sed mercurius cum marte diuersa & multiplicis actuum aut administrationum genera decernit. Nam varietas hec prouenit fm qualitatem substantiamq; signorum. In mercurij enim domo vel in mercurij partibus constituti faciunt amatores palestre vel athletas publicis certaminibus destinatos. In martis vero signis aut in partibus constituti pugnaces armatores armorum: milites: venatores libenter nutriendes feras: vel ferarum prepositos: nuncios vel veridarios regum reddunt. In domo vero veneris aut in partibus constituti faciunt linteones: textores tunicarum: plumatarios: tinctorum: aromata aut gemas aut margaritas aliqua ratione tractantes. In iouis domo vero vel in partibus constituti prepositos: tribunos: regiones aut ciuitates aliquas obtinentes. In domo saturni vel in partibus constituti scelerata ac facinorosa officia tractantes. facient enim tortores: carnifices: interfectores: delatores: proditores. In solis vero & lune domo errarios: ferramentarios: statuarios: pelliones: coriorum confectores: ab igne aut ferro vite subsidia querentes. Immutatio enim signorum diuersorum negotiorum actus decernit. ¶ In vndecimo loco mercurius cum marte ab horosco. partiliter constitutus faciet perire semper in pugna: alios amatores palestre faciet: alios armorum: sed fortes consilijs: & qui ex omnibus actibus felices semper processus accipiant. ¶ In duodecimo loco ab horosco. mercurius & mars constituti maxima infortuniorum: & maxima calamitatis exitia decernunt. Nam qui sic martem et mercurium habuerint falsi crimen incurrunt: aut omnibus facinoribus male conscientie societate iunguntur: aut debitorum graui fenore semper oppressi cum iactura pudoris ad publica iudicia pertrahuntur: vt prauo cupiditatis ardore si & religiosa fidei comertia polluentes: comendatas res abnegare conantur: vt ex ista perfidia vel ex precedentibus criminibus publice contra illos sententie discrimen in iurgat.

De mercurij & veneris coniunctione.



Mercurius & venus in horosco. partiliter constituti in diurna genitura faciunt scutarios: & protectores imperatorum: vel qui proprio ex cubitu salutem principis seruant: aut qui pecunias & thesauros regios suis iubentur dispositionibus gubernare: & quibus huiusmodi administrationum officia credantur. facient enim musicos choricos: & qui musicos modos facient: aut certe publicos magistros: aut oratores: aut gramaticos: aut legum inuentores: aut qui in numeris presint. Si vero per noctem in horoscopo partiliter fuerint inuenti facient acutos: ingeniosos: & qui omnia quecumq; agere voluerint facile consequantur. Erunt autem aut coronati: aut prepositi sacerdotibus: aut sacrorum simulacrorum baiuli: & qui processa temporis augmenta dignitatis accipiant. Facient autem cuiusdam armonie peritos: aut litteris regis pre-

positos sed quorum oratio ac sermo plenus sit leporis et gratie. ¶ In secundo ab horoscopo loco mercurius et venus partiliter constituti in diurna genitura facient multa negocia tractantes et qui in nobilibus actibus occupentur. sed in ipsis diutius perseverantes amenos et gratos in vita operibus ac moribus vitiosos tamen ac libidinosos. Si vero matutini in hoc loco fuerint inuenti facient per semetipsos patrimonium querentes: felices: litteratos: disciplinam aliquam musicamque tractantes: letos et honestos gratieque splendore fulgentes. Si vero in nocturna genitura verspertinus in hoc loco cum venere fuerit inuentus magnas decernit facultates: et processu temporum maximarum felicitatum incrementa largitur. Erunt enim principes civitatum: erunt legibus prepositi: et quibus maximarum provinciarum cura mandetur. alij inveniunt aliquod unde initia felicitatis accipiant: alijs hereditates maxime conferuntur. ¶ In tertio loco ab horoscopo mercurius et venus partiliter constituti facient in sacris certaminibus esse victores: aut sacerdotes: aut prophetas: aut vestitores deorum: aut in templis maxima tractantes officia: aut prepositos sacerdotibus: aut sacris ceremonijs principes: aut legatos boni aut institutionibus moribus et quibus desideria sua secura civitas credat. ¶ In quarto loco ab horoscopo mercurius et venus partiliter constituti absconzarum litterarum facient peritos: magos: philosophos: et celestia sepe tractantes: aut qui laborantes homines curent: et qui hominibus quolibet genere prodesse consueverunt. Ad datum vero cum venere in hoc loco positus a seruitute ad libertatem venire faciet et ab ignobilitate ad splendorem nobilitatemque perducit. sed miserarum mulierum aut seruilium: aut anuum: aut virginum tuitionem defensionemque suscipient: et quod propter has: actus varij generis appetant. Actibus vero institutis et negocijs et negociationibus occupatos faciet sine substantiam qualitatemque signorum. ¶ In quinto loco ab horoscopo mercurius cum venere partiliter inuentus maximas facultates processu temporis decernit: simili modo facultatum largitur insignia: et qui a mulieribus vel ab vxoribus dona maxima vel premia consequantur: et qui potentibus viris noticia iungantur. ¶ In sexto loco ab horoscopo mercurius cum venere partiliter inuentus in diurna genitura de rationibus vel de negociationibus aut de computo: aut de disciplina: aut de deorum redditu decernit substantie facultates. presertim si sic his in sexto loco constitutus aliqua stella in decimo geniture loco fuerit inuenta: sed vxorem difficile consequentur. Nam erunt libidinosi et ex ista re quodammodo infames. In nocturna vero genitura si matutinus in hoc loco cum venere fuerit inuentus ancillas: aut viduas: aut meretrices matrimonij sibi gratia copulabunt. Actus vero habebunt laboriosos et seruales: et circa aquam: si nulla stella sic his positus in decimo ab horoscopi loco fuerit inuenta: quod si fuerit faciet proprio labore multa querentes. Erunt enim peregrini negociatores: gubernatores: nauclerij: et fabricatores auri. Verspertinus vero in hoc loco si cum venere fuerit inuentus chordatos: ingeniosos: musicos: vel organarios faciet: aut tinctorum colorum: aut aromatum: aut gemmarum: aut margaritarum mercatores faciet: quosdam muropolas: vel pigmentorum medicinalium inuentores. faciet sic positus frequenter prepositos metallorum: ut ex his actibus maxima illis facultatum subsidia conferantur. ¶ In septimo ab horoscopi loco mercurius et venus partiliter constituti absconzarum valitudinum vitia decernunt. Faciunt enim aut be-

paticos: aut freneticos: aut melancolicos: z his similes valitudines: sed ab vxoris
 effectu semper alienos z vsq; ad vltimum vite tempus infames. Si v̄o per noctes
 in hoc loco cum venere fuerit inuentus a mulieribus vel ab vxoribus maxima il-
 lis diuitiarum substantia conferetur: z qui gradum processu etatis grādes hono-
 res: z maxime felicitatis insignia cōsequant: presertim si non eos sic positos mars
 z saturnus ex aliqua parte respexerint: sed specialiter saturnus. Nam si fuerint il-
 lis sic positus mars z saturnus aliqua radiatione coniuncti: hec que diximus i cō-
 trarium vertūt. ¶ In octauo loco ab horoscopo mercurius z venus partiliter cō-
 stituti vespertini in diurna genitura inefficaces appocopes reddunt: z qui nihil
 agere possunt. faciunt etiam laboriosis semp negocijs implicatos. erūt vitiosi ani-
 mo z corpore: z qui nuptias difficile consequantur. erunt steriles: z qui sobolem
 generare non possunt. morientur autem spatici: aut coruici: aut apoplectici: aut fre-
 netici. Per noctē v̄o in hoc loco partiliter inuenti alieni patrimonij faciet heredes
 aut alienarum facultatum sollicitudinem gerentes: sed bonos benignos patres.
 familias: z quibus a mulieribus vel ab vxoribus plurima conferantur. alij quidē
 inuenient quod illis ad omne vite subsidium sufficiat: z habebunt mortes repen-
 tinam: z sine dolore atq; tormento. ¶ Datutinus v̄o cum venere in hoc loco consti-
 tutus multa discens: z omnia scientes perficiet. z inuētores etiaz z quicquid vo-
 lunt facile consequantur: sed qui processu etatis patrimonij augmenta percipiāt.
 ¶ In nono ab horoscopi loco mercurius z venus pariter cōstituti vagantes mu-
 lieres dabit vxores: sed z ipsos artus lauari z magnificari facient: z quibus ex tē-
 plorum officijs vite presidia querantur. facient enim aut sacerdotes: aut hos qui
 in templis constituti futura predicāt: aut aurispices: aut astrologos: aut augures:
 aut magos: aut qui omnia explicare consueuerunt. ¶ In decimo ab horoscopi lo-
 co mercurius cum venere constitutus publicos actus faciet qui a populo aut ciui-
 tatibus honorentur. sed qui de vxoris actibus infamiam contrabant. ¶ Datutin^o
 v̄o in hoc loco cum venere constitutus modorum muscorum inuētores faciet. s; scenicos
 z publicis spectaculis destinatos: circa nuptias v̄o infelices: aut enim me-
 retrices publicas: aut scenicas. aut infames vxores habebunt. quidam z amato-
 res puerorum erunt: z multarum libidinum vitiosis implicati voluptatib^o. ¶ In
 v̄ndecimo loco ab horosco. mercurius z venus constituti facient mulierum nego-
 cia tractantes: z quibus mulierum substantia credantur: vt ex isto actu maxima il-
 lis patrimonij subsidia conferantur. sed postea in contrarietatibus aut in iacturis
 maximis constituentur. ¶ In duodecimo ab horoscopi loco mercurius cum ve-
 nere constitutus: si per diem sic fuerit inuentus amatores faciet: z ex amorum vi-
 tio laborantes: perspicuos tamen z omnibus notos in istis vitijs: deferri tamen
 propter hoc compellit ex ista dānatione dānari: faciet biothanatos interire ppter
 hec animi vitia. que diximus. Si v̄o per noctem in hoc loco fuerint inuentia mu-
 lieribus indignis multas faciet persecutiones: aut qui meretricē amoris istinctu
 comparare cogantur: mediante viro: z qui his actibus multiplicibus iustitijs oc-
 cupati esse videantur. sed qui frequenter ab instituto decidant: z qui ab actibus
 ac negocijs: aut a facultatibus suis frequenter soleant in rationibus decipi.



Luna

Significatio lune in signis.



Una domina geniture si fuerit bene locata fac ho-
 mines stabiles: honoratos: ordinatos: honestos:
 magnos corpore: sz corpus pro sui qualitate decer-
 nit: corporatos scz quos honesta pulcritudo corpo-
 ris concederit: multum cibum sumentes: potu par-
 uo gaudentes: sed vita eorum inequalis est pro ra-
 tione mutatur: vt patrimonium eorum z augeatur
 assidue: z assidua rursus iactura minuatur. fac etiã
 in aquosis eos locis assidue comorari. sz circa vxo-
 rem: z filios: z matres pronos eorum facit semper
 affectus: z a paternis affectibus facit superari. Da
 si lunam maliuola stella radiauerit vitia circa ocu-
 los semper efficiet. aut enim oculos vulnere dede-
 corat: aut aciem luminum obscura nube suffusio-
 nes impugnat. Corpus vero eorum candidum fa-

maligna vulnera semper affligit: aut corpora assidua ptractione deformat: aut hos eosdem tremuli corporis imbecillitate debilitat: aut ex malignis humoribus cōcreta peste malū exitū mortis indicat: sed hec beniuolaz stellaz testimoniū publicū

De luna



Luna in horosc. partiliter cōstituta in nocturna genitura: si plena et in quib⁹ gaudet signis fuerit inuēta grandia fortune incrementa decernit pponi fratrib⁹ faciet et etate semp et merito. Si vero per diē in hoc loco partiliter fuerit inuenta gubernatores maiorū nauū faciet. Si vō p diē luna sic cōstituta aliū geniture cardinē mars⁹ saturnusq⁹ possederint. i. si in quadrato vel diametro: vel si cum ipsa fuerint inuenti faciet piratas crudeli feritatis atrocitate famosos: aut maccessorum locorum prepositos iudices. Si vero sic lunam positam cum maliuolis nulla beniuola stella respexerit eos qui nati fuerint facient exponi aut nulla vite tēpora decernunt. ¶ In secundo loco luna ab horoscopo constituta in diurna genitura claros et perspicuos actibus faciet: sed luxuriosis et amenis deliciarū voluptatibus deditos: et quib⁹ maiorū patrimonij substantia processu temporis cōferatur. Si vero p diem in hoc loco fuerit inuenta aut statim parentes interimit aut ipsuz a parentibus diuidit: aut parentes facit dissoluto matrimonio separari: et patrimonij substantiā vario iacturarū genere minui: tales sic habentes lunā assiduis pegrinationibus occupant: et actus suos p multa diuidit loca. Sed vitā eorum talem facit vt alicui potestati subiācet. Si vō in hoc loco fuerit minuta luminibus et saturn⁹ in parte vel in signo horoscopi fuerit constitutus perficit repentinis oculorum vulneribus cecitatem. Si vero sic luna constituta mars in parte horoscopi vel in signo fuerit inuentus articuloz dolor: vel eiectiones: vel fracturas faciet: alios emorica valitudinis assiduitate debilitat. ¶ In tertio loco luna ab horoscopo constituta matrem ignobilem vel aliqua infamie faciet maculatione pollutam. Si vero in hoc loco cum ioue fuerit inuenta his qui sic eam habuerint a fiscalibus: vel a publicis annonis alimenta suppeditat. Si vero ioue et luna in hoc loco constitutis mercurius se aliqua radiatione coniunxerit antistites facit maxime cuiusdam deo vel potentissimam religionis sacerdotibus aut dispositores publicarum vel correctores: Si vero cū luna in hoc loco ven⁹ fuerit inuenta actus habebūt: de pignētis: aut de aromatibus: aut de vino: aut de floribus. Si vero in nocturna genitura in hoc loco luna cum saturno solo fuerit inuenta faciet tardos qui nihil ex his que cupiunt consequantur: et qui religionibus sacrilega proferant verba: et quibus ex deorum ira maxima infortunia conferantur. Si vero per diem in hoc loco luna cum mercurio et marte fuerit inuenta: sacrilegos templorum spoliatores iniustos: impios: irreligiosos: homicidasq⁹ perficient. ¶ In quarto loco ab horoscopo. i. in medio celi luna constituta. Si per diem sic fuerit inuenta matrem ignobilem decernit: et que maritum superstitem relinquat. Sed etsi saturnus in alio geniture cardine fuerit inuentus: et venus fuerit in occasu: mater de ingenuitate ad seruitutem transfertur: et fiet aliquando captiua. Si vero per noctem in hoc loco fuerit inuenta plena lumine matrem faciet nobilem diuitem: et ipsos faciet assiduis diuitiarum augmentis maxime subleuari. Si vero sole partiliter in horosc.

Significatio lune

constituto luna in quarto loco fuerit inuenta merita felicitatis accipient: alios cōpellit maximas colere religiones. alijs facit mulierum negocia committi. Si vero per diem sic fuerit inuenta peregrinos ignobiles faciet: et quorum vite erroribus periculisq; quatiantur: alios in templis facit ministeria exercere seruilia: presertim si sic lunam positam maliuola stella respexerit. ¶ In quinto loco ab horos. luna cōstituta in nocturna genitura ⁊ partiliter hoc loco inuenta: multos procreabit filios a quibus gaudium habebit ac honorem. Si vero diurna fuerit genitura: multas dabit filias: ⁊ rumores a longinquo bonos de filio tales: qualis est planeta a quo in natiuitate luna separatur. ¶ In sexto loco ab horosco. ⁊ in beniuolarū radiatione fuerit locata ⁊ aucta lumine lucrum dabit a quadrupedibus: ⁊ sanitatem corporis: In maliuolorum vero planetarum radiatione constituta: miseros: humiles: scruiiles: ac laboriosos faciet procreare. ¶ In septimo loco ab horosco. id est in occasu luna in nocturna genitura partiliter in hoc loco fuerit inuenta in his signis in quibus exaltatur vel in quibus gaudet crescenti lumine iupiterq; aut venus eam oportunis radiationibus irradiat felicem reddit senectutē: lucrū etiam a mulieribus ⁊ sponsalia decernit congrua. Si vero in hoc loco maliuolorū radiatione fuerit oppressa maxime in diurna genitura minuta lumine tarde dabit vxorem ⁊ cum dederit: dabit aut degenerem: aut viduam. aut sterile: aut graui feditate deformem. ¶ In octauo ab horoscopo loco partiliter inuenta hereditatem dabit ex mortuis. ⁊ mors illi cito ⁊ sine dolore maximo: ⁊ sine aliquo tormēto decernitur. Quod si mars aut saturnus eam de quadrato aut diametro respexerit interitum dabit ac depositionem eius a statu solito: et lunaticos sepius sic constituta efficiet. ¶ In nono loco ab horoscopo partiliter posita in diurna genitura faciet eum qui sic lunam habuerit in templis manere sordide: et qui aliquid velint quasi a dijs dictum: hominibus nunciare. Si vero in nocturna genitura hoc loco fuerint inuenta faciet diuinos deorum cultores: et qui sacris ac religionibus studeant: quibusdam vero officia aut dona largiuntur extemplis: dabit etiam multas cogitationes: mutationem per regiones. Et si fuerit hec domus mercurij astronomiam. Si veneris cantilenas et leticiam. Si martis opus armorum et instrumentorum. Si iouis diuinum cultum et scientiam in lege. Si saturni scientiā alkamie. Si solis prouidentiam in quadrupedibus. Si in cancro domo sua scientiam dabit omnium que exeunt de aqua. ¶ In decimo loco ab horosopo luna constituta. i. in medio celi in nocturna genitura partiliter in hoc loco fuerit inuenta: in his signis in quibus exaltatur: vel in quibus gaudet: crescenti scilicet lumine iupiterq; eam oportunis radiationibus protegat: imperatores maximos facit aut administratores potentes: quibus vite et necis potestas facili ratione credatur: dat etiam sic posita ordinarios consolatus. Si vero partem medij celi precedat aut sequatur in proximo tamen loco et vicinis partibus sic posita duces tribunos: administratoresq; perficiet. Si vero in eodem signo in quo est medium celi platice fuerit constituta magnos in omnibus actibus reddit: et vario genere felicitatis ornatos. Si vero luna sic posita et saturnus alium geniture possederit cardinem inuidias infelicitatesq; frequenti ratione decernit. Per diem vero in medio celi luna constituta mediocres in vita et in omnibus actibus faciet

et qui frequētib⁹ soleant rationibus decipi. Si vero per diem sic luna posita sol in horoscopo partiliter fuerit inuentus in domo sua: aut in valitudine sua: aut in domo iouis magnos potentes administratores maximarum prouinciarum: vel magnarū faciet ciuitatum proconsules. Sed in ipsa actus administratione terribiles. Sed et sic luna et sole constitutis sole scilicet in horoscopo in his in quibus diximus signis. Luna vero in medio celi pariter ambos vel vnum de duobus iupiter prospera radiatione protegerit imperatores faciet felicitate ac iusticia prepotentes: et quos omnes cum terroris trepidatione suscipiant. ¶ In undecimo loco ab horoscopo luna constituta hec decernit que in quinto ab horoscopo loco facere ex precedenti explicatione monstrauimus. ¶ In duodecimo ab horoscopo loco luna constituta in nocturna genitura: vite tempus spaciumque decernit. Sed et iupiter et venus aut vnus de duobus partiliter in horoscopo fuerint inuenti potestatis alicuius licentiam cum felicitate decernit. Si vero marte et saturno partiliter in horoscopo constitutis: aut vno de duobus luna in nocturna genitura duodecimum possederit locum: multa ac mala infortunia et graues casus et valitudines et vicia ipsi faciet pariter ac matri. Si vero nullo in horoscopo constituto sola per diem in duodecimo loco ab horoscopo fuerit inuenta iacturam patrimonij miseros actus peregrinationemque decernit. Si vero per noctem simili modo in hoc loco fuerit inuenta miseros humiles: aut humili aut seruili genere faciet procreare: et laboriosos et semper in gloriosis actibus occupatos: et quorum corpus aut os graui odoris feditate turpatur: et qui frequenter falli periclitarique consueuerunt: et qui vitium aliquod ex peregrinitatis incommodis contrahant. ¶ In loco fortune luna si fuerit inuenta et sic posita aut ad iouem feratur vel si cum ipso sit ducatus administrationis gloria felicitatemque decernit. Si cum venere in hoc loco fuerit constituta ad venerem feratur: honestos quos diximus cum gratie venustate largitur. Si vero in hoc loco posita crescens lumine ad mercurium feratur: vel cum ipso sit: faciet beatos: potentes nimiumque cordatos: et qui felicitate ingenij aut doctrine gratia honores gratiam dignitatemque et patrimonij substantiam consequantur. Si vero deficiens in hoc loco constituta ad mercurium feratur: vel cum ipso sit: valitudines: vicia: maliciam: malignitatemque decernit. Si vero in hoc loco constituta in diurna genitura ad martem feratur: vel cum ipso sit laboriosos: miseros ab igne aut ex ferro aut ex pondere aliquo quottidiane vite faciet alimenta querentes. Si vero in nocturna genitura in hoc loco posita feratur ad martem: vel cum ipso sit militiam: gloriam: potentiam: et in his actibus decernit principatus: athletas etiam facit pro qualitate signorum. Sed qui ceteris merito virtutis preferantur: Sed si in hoc loco posita in nocturna genitura crescens lumine ad saturnum feratur: vel cum ipso sit paternum ac maternum patrimonium minuet matrem aut viduam aut cum valitudine: aut cum vicio facit. aut mala morte perire: ipsos vero in prima etate miseros ac laboriosos procedente vero etate felices. Si vero per diem crescens luminum ad saturnum feratur eum qui sic natus fuerit parentum morte cito faciet orbati: et patrimonium miseris compellet lacerationibus dissipari. sed et ipsi processu etatis felicitates et augmenta patrimonij conferentur. sed et nocte lumine deficiens hec eadem simili ratione decernit. Si vero per diem

Significatio lune

in hoc loco posita minuto lumine ad saturnum feratur: vel cum ipso sic viciorum valitudinis et male mortis et proscriptionis incomoda. Si vero locus fortune in decimo ab horoscopo loco fuerit inuentus. i. in medio celi vel in undecimo in quo loco medium celi pars frequentissimis rationibus inuenitur: et ibi luna crescens luminibus fuerit inuenta et sic ad saturnum feratur: vel si cum ipso sit et sit sol partiliter in horosco. constitutus felices: beatos: gloriosos: nobiles facit: et maxie potestatis decernit insignia. Sed facit hos eosdem vicijis ac valitudinibus implicari. Si vero sol non fuerit in horosc. constitutus et ipsa ad saturnum feratur: vel cum ipso sit: si quid decernat superiori explicationi monstrauimus. Si vero in hoc loco constituta in diurna genitura crescens luminibus ad solem feratur: vel cum ipso sit potentes: factiosos: administratores: iudicesque perficiet: et si his iupiter se aliqua societate coniunxerit imperia largitur. Quod si deficiens lumine in hoc loco constituta in diurna genitura ad solem feratur processu temporis potentiam gloriam administratōnesque largitur. Si vero per noctem deficiens lumine in hoc loco fortune ad solem feratur: vel cum ipso sit faciet in prima etate humiles. et qui sint semper decepti: sed processu temporis patrimonia et gloriam: et honores: et principatus maximos consequantur. Sed semper luna in hoc loco: et in ceteris geniture locis ceterisque signis in eadem parte cum sole fuerit inuenta nec se coniuncta soli societate liberauerit periculosus et humilibus actibus in prima etate eos qui nati fuerint implicabit. Sed processu etatis post graues iacturas largitur substantie facultatem. ¶ In omnibus autem genituris cursum lune te obseruare conueniet: nec tantum eo die quo natus homo prima vestigia lucis ingreditur. ¶ Sed diligenti ratione perquirere etiam tertio die debemus cui se stelle luna vel quali radiationi coniungat: vel a quo recedens ad quem feratur. Eo enim die nato homini primum in mulgentur alimenta nutricia. Inquirendum itaque est tertio die an sit minuta an plena luminibus: et quatenus eam beniuole stelle maliuoleque respiciant. Nam et tertio die sicuti primo et omnia simili ratione decernit que si diligenti fuerint inquisitione collecta in explicandis fatis hominum nunquam poterim erraticam confusione turbari



Si se luna saturni applicuerit stelle: et crescens lumine ita se ad saturnum societate coniungat: vel si ad saturnum feratur matri viduitatem et mulierum assiduos dolores decernit: ipsos facit in temporum conuersationibus detineri: et patrimonium eorum varijs lacerationibus dissipari: sed rursus procedente temporis cursu proprio labore aliam facit sibi patrimonij substantiam querere. Si vero deficiens et minuta lumine saturno iungatur: parentes faciet aut degeneres: aut seruos aut misere infelicitatis squalore demersos: quorundam autem matres aut debilitas premet: aut certe faciet biobhanatos interire: ipsis in annis minoribus constitutis. Sed et ipsos facit aut vitiosos debiles: aut oligochronios: aut malo quodam exitu intereuntes: presertim si in ista coniunctione in necessarijs geniture locis fuerit inuenta: et si in horosco. partiliter iungat. ¶ Si luna sese iouis applicuerit stelle et crescens lumine isti se societati coniunxerit vel ad iouem feratur faciet felices: gloriosos diuites: multorum et magnorum fundorum et latissimarum possessionum dominos. Sed sic habentes etiam futura predicunt aut propria animi diuitate aut deorum monitu aut ex oraculo: aut arti cu

iusdam venerabili disciplina. Si tamen ista coniunctione lunam positam de qua drato vel diametro martis stella non viderit: minuētur hec omnia cum maximo vite discrimine. Si vero in ista coniunctione fuerit minuta luminibus faciet adoptari: vel expositos antea: postea parentibus reddi: per semetipsos sibi patrimonia querentes: et reddit tales qui gradatim et processu temporis crescant: et qui habeant alicuius glorie potestatem. Sed hec tunc complentur si sic lunam positam mars de diametro vel de quadrato non viderit: quod si sic lunam positam mars quod diximus respexerit radiatione faciet expositos sempiterno seruitutis onere reprimi: aut ab ancilla matre aut debile faciet procreari: aut ipsi certe fiunt parte quadam corporis debiles et miseros infelicitatis onere pregrauati: presertim si istam coniunctionem mars in diurna genitura respexerit: vel saturnus in nocturna. Sed saturnus tunc cum minuta deficiet luna. Si sic luna martis applicuerit stelle: et crescens lumine martis se societate coniunxerit: vel ad martem feretur et sit nocturna genitura facit calidos: periculosos: violentos: sed qui frequentibus soleant rationibus decipi: et quorum vita sit maximis periculis mancipata: efficaces tamen et omnia complentes: aut armis dedicatos: aut etheleticis certaminibus deputatos presertim si in primis geniture locis fuerint constituti erunt tamen vicio laborantes: matres vero eorum aut debilitas ante perimit aut facit biothanatas interire. Si vero diurna fuerit genitura et sic se marti luna coniunxerit omnia faciet parte corporis amputatos aliorum oculis nocet: aliorum stomachum latentium viciorum continuationem luna debilitat: quosdam oligochonios biothanatos facit. Sed hec omnia sunt propria natura signorum facit atque decernit et sunt cardinum diuersos exitus et sunt anaphoras cardinum: et sunt ea signa que aliena esse ab horosco. societatibus diximus decretorum diuersa varietas inuenitur. In his enim signis que alimenta esse societatum horosco. diximus. i. in sexto ab horosco. vel in duodecimo loco si crescens lumine luna se marti coniunxerit matrimonium minuit: parentes seperat ut interemptis parentibus orbitatis faciet miseris fatigari. Aliorum corpus ferri laceratione conciditur: alijs talia nascuntur vulnera ut nulla reali queant nisi ignitis sanari cauterijs. Largitur autem artes que aut ignem tractent semper: aut ferrum: alios milites facit: sed qui sempiterno onere nulicie decernant. ¶ In quinto vero loco vel in undecimo si ab horosco. vel in secundo vel in octavo: vel in ipso horosco. constituta. Si per diem ad martem luna feratur vicia laterum: et paruum vite spacium decernit: et biothanatos facit. Si vero fuerit in nocturna genitura: et minuta luminibus ad martem feratur: et his scilicet in quibus diximus locis: magnos: potentes: terribiles efficaces faciet: qui maximas ciuitates potestatis alicuius licentia subiugent: presertim si in primis cardinibus geniture sic fuerit inuenta. Si vero per diem principalibus geniture locis sic fuerit inuenta paternam substantiam dissipat. Sed et parentes ipsos debilitat: aut biothanata morte perimit: artifices autem publicos aut milites facit: sed valitudinibus aut vicij implicatos: aut frequenter maxima pericula et violenta mortis decernit exitum. ¶ Si luna feratur ad solem et ei se partiliter radiatione coniungat in qualicumque scemate faciet periculosos: miseros: deiectos a miseris facultatibus: omni vita humili conuersationis deiectione prostratos: interdum facit spaticos: et qui assiduis valitudinum vicij contrabantur: alios facit caducos: alijs alienationum decernit incommoda: alijs plerumque decernit insanias. ¶ Si

Significatio lune

luna feratur ad venerem & venus partiliter radios lune venientis exceperit. Si & crescens luna se coniunctioni veneris applicuerit: faciet parentes nobiles: & maxime potestatis potentia subleuatos. Sed qui nati fuerit a parentū affectibus separatis cito onus misere orbitatis indicit. erunt sane noti semper & nobiles: & qui semper in omni actu proficiant: & qui omnia que desiderant facile consequantur: & quae potentie maximis honoribus fulgeant: plena venustatis & gratie. Sed omnia incrementa processu temporis consequantur. Si vero luna deficiens sic feratur ad venerem magnos actus honores maximos & magne potestatis decernit insignia: & quibus a potentibus & a prima etate magne felicitatis conferantur augmenta. Sed hos facit assiduis infirmari rumoribus. Sed & semper luna in omni ortus sue figuratone si feratur ad venerem facit preposteris amorum vicijis implicatos & qui ob hoc assiduis pulsantur infamijs impuros: libidinosos: & circa amores mulierum & modica semper cupiditate flagrantes: & quos ad nefarios coitus incesta cupiditas semper incendat: aut enim sorores suas semper stuprant: aut sororum filias: aut uxores filiorum: aut uxores priuignorum: aut cum norueris suis coeunt: aut concubinas patrum latante cupiditate corumpunt: aut patruis per illos similis irrogatur iniuria: presertim si istam coniunctionem mars de diametro respexerit. Nam si sit diurna genitura & luna in cardinibus geniture posita sic feratur ad venerem: mars vero in occasu vel in medio celi fuerit inuentus ob hoc facinora que diximus gladio facit interire. Si vero in mulieris genitura sic luna feratur ad venerem erit in uido stridore semper impatiens & que ad promiscuas libidines prauis cupiditatibus erigatur: & que in cestarum & illicitarum cupidinum vota concipiat & impuris semper libidinum cupiditatibus estuet: aut enim cum fratribus: aut cum filiis coit: aut cum filijs fratrum: aut patruales suos ilecebris suis captos ad genialis iniuriam thori priuignos prepostero adducit cupiditatis ardore: aut affines suos sibi stupro cognitos iungit: alias viragines facit: presertim si in tropicis: vel in erraticis signis vel in duplicibus: vel in squamosis venus constituta si ad eam luna sicut diximus pergat: ipsa quoque in signis similibus constituta. Sed hec forciori concitatur ardore: si istum cursum lune mars vel saturnus quadrata vel diametra radiatione respexerit: vel si venus hisdem ceperit radiationibus in tueri forciora hec autem mala si venerem vel lunam in saturni vel martis domo sic sicut diximus constitutas sine oportuno testimonio iouis: mars vel saturnus quadrata vel diametra radiatione respexerit: & sit plena luminibus. ¶ Si luna ad mercurium feratur: & ei se cursus sui radiatione coniungat: & sit plena luminibus faciet cordatos ingeniosos: oratores summe eloquentie fulgentes: presertim si mercurius in oportunis genituri locis in signis suis vel in partibus suis fuerit inuentus: & eum iupiter trigonica radiatione respexerit: tunc enim litterarum merito & eloquentie splendore maxima illis conferantur insignia: hi enim populi leues animos & turbulētos seditionibus concitatos eloquentie sue potestate cōpescunt: et furentes animos et perditum furoris indignationibus concitatos: orationis sue possint licentia mitigare: scient computos: scient musicam: palestricam semper exercebunt: et celestium ac diuinarum disputationum secreta cognoscunt: ex quibus occasiōibus glorie substantia: et maximus illis decernitur principatus. Si vero ad mercurium sic positum: tali testimonio iouis feratur luna: faciet rationibus preponi fisci semper

aut populi vel certetales reddit quibus res deposita vel a peregrinis rationibus credantur: faciet etiam his pecuniarum actus assiduis conuersationibus credi. Si vero deficiens luna ad mercurium feratur faciet malignos: maliciosos: sceleratos: instabiles: cupiditatis errore dubios: et qui omnia consilia multiplicent erratica semper dubitatione suspendant: et qui actus suos assidua commutatione conuertant: et qui res sibi creditas abnegent: vel abscondas publicare desiderent et qui commissa sibi consilia publicent his delationibus deserant in posteros maliciosa semper cupiditate fallentes: aut qui cum efractoribus: aut cum furibus conscientiam iungant: vel certe ipsi erunt fures: aut efractores: erunt sane corpore debiles: languidi: viciosi: et quos semper maliciosis humoribus egritudo comparata debilitet. ¶ Si vero luna sic fuerit collocata vt ad nullum feratur: nec alicui se stelle propria radiatione coniungat nec cardines beniuolum sidus obsidet faciet pauperes deiectos et qui ab omnibus sint necessarijs destituti. et quibus quotidiana vite subsidia denegentur: et qui ad sustinendam vitam semper aliena presidia desiderent: et qui paupertatis angustiam misera mendicatione sustineant: erunt autem a parentibus infamijs inferiores: corpus vero eorum debile: languidum: et assidua macie confectum: impugnabuntur malignis humoribus et assiduo tumore vulnerum fatigabuntur: sed illis intra cutem malignus humor semper illabitur articulis obligatus: presertim si per vacuum currens quam greci cenodromen dicunt ad saturnum vel martem quadrata vel diametra radiatione pulset: vel si per vacuum currens tertio natalis die a marte vel saturno eadem qua diximus radiatione fuerit pulsata vel si maliuole stelle in cardinibus fuerint constitute. ¶ Verum si sic currens. i. per vacuum beniuolarum stellarum fuerit radiatione coniuncta in prima etate vacuos faciet: semper et nudos et assiduis faciet laboribus fatigari: et miseriarum assiduis rationibus quatit: maximis sudoribus et maximis laboribus presidia querentes: et cum vicinos eos felicitatibus fecerit a summo gradu caduca rursus facit deiectione delabi: et interdum vsque ad summum perductos non patitur plenam apprehendere felicitatem. ¶ Per varia enim signa cursus suos dirigens primam etatem facit miseris ac varijs infortuniorum casibus implicari. Sed cum animum et corpus graui infortuniorum continuatione quassauerit: et multis iuuentutem periculi fregerit. et hac atque illac misera peregrinatione pertraxerit: tunc multorum bonorum: et maxime felicitatis decernit augmenta: vt quantum prime etati infortunijs fuerit derogatum tantum posteriori etati felicitatis conferatur. Si vero per vacuum currens saturno: et postea se marti coniunxerit infelices: lunaticos: caducos faciet: et qui prima etate vsque ad nouissimam vario infelicitatis genere deprimantur: faciet pauperes: miseros: destitutos: et quorum corpus sit male pendentibus nudum: custodes sepulchrorum: aut qui perpetua carceris pena claudantur. ¶ Explicatis coniunctionibus lune: et diligenti significatione monstratis ad aliam interpretationem transferatur oratio: ipsius scilicet lunene quid a nobis in tam subtilibus disputationibus pretermisum esse videatur. Presertim cum tota vite substantia existius numinis cursibus colligatur.

Significatio lune.



Saturno defluens luna si se iouis stelle coniunxerit: vel ad ionē feratur si crescens isti fuerit societati coniuncta faciet locupletes: diuites: copiosos claros: nobiles: magnis populis: vel magnis ciuitatibus prepositos: alijs hereditates maximas: alijs thesauros: alijs maxima dona largitur. Si vero fuerit minuta luminibus nihil tale decernit: sed facit procuratores: curatores aut qbus priuataz rerum tuitio tradatur: et q pegrinis negotiationibus imorentur: aut gubernatores aut naucleros: aut vectigalium pductores reddit: z quoz actus circa aquā ius conditionis exercent: vt ex istis artibus parua illis substantia feratur. ¶ Si saturno defluens luna ad martem si se coniungat plena luminibus: valitudines z vicia decernit: et prima iuuentute faciet interire. Si vero minuta luminibus matri longe ac maxime egritudinis tormēta decernit: z qbusdā facit eā vicijs obligari. Sed z male mortis eidem matri discrimen impingitur: vt assidue vomens sanguinem pereat: et ipsos facit qui nati fuerint misere orbitatis languoribus fatigari: aut parentes eorum perpetua dissensione dissociari: sed z paternam et maternam substantiam varia laceratione dilapidat: et assidue illis ferri vulnera infligit: et tales decernit egritudines vt curandi gratia medela illis cauteriozum adustionibus confertur: faciet etiam absconzarum artium assiduos labores: aut longe egritudinis laboribus demersos vite munus implere: aut facit biothanatos varijs generibus interire: aut enim submersi fluentibus aut incensi depereunt: aut laqueo se suspendunt: aut gladio se extinguunt. ¶ Si a saturno defluēs luna ferat ad solē maxima infortunia et maxias decernit calamitates: faciet enī insanos: lunaticos: caducos: hydropicos: helephantiacos. Sed hec infortunia pertinaci assiduitate perpetuat vsq; ad vltimū diē vite vt illis calamitatis laqueis implicent. ¶ Si saturno defluens luna veneris se stella coniungat si crescens fuerit faciet magnos nobiles et potenes: felices: locupletes: et diuites: et magne quidem potestatis: seuos libidinosos: z qui ex istis graui pulsantur infamia. Si vero fuerit minuta luminibus prauas amorum decernit illecebras: aut impuris: z impudicis facit libidinibus implicari: aut turpes actus assidua continuatione decernit. Sed nihilominus facit hos eosdem querentes z habentes maximas substantie facultates: z quibus pecuniarum presidio z felicitas z potestas maxima comparetur. ¶ Si a saturno defluens luna mercurij se stelle coniunxerit si crescens fuerit facit obscuros z absconfos: z tacitos secretarum z illicitarum litterarum conscios: aut celestibus religionibus occupatos: aut peritis computationibus interpretantes siderum cursus: facit etiam negotiationibus prepositos: vel liberalium artium publicos magistros: facit oratores eloquentie splendore fulgentes aut medicos cunctorum testimonijs adornatos. Si vero fuerit minuta luminibus: aut sonus vocis impedit: aut aures obtundit Sed et corpus eorum qui sic habuerint misera fatigatione destillat: facit melancholicos: ictericos: spleneticos: tussicos: hydropicos: pleumaticos: et angusto meatu cum acerbo doloris incommodo collectum vesice stricti tumorem.



Sa ioue defluens luna feratur ad martem et sit nocturna genitura: et crescens luna sic martis societati iungat: facit magnos potentes: ciuitates vel regiones maximas suis viribus obtinentes: sed cum sollicitudinibus et cum periculis istius decernit potētie potestātē. nō erūt tñ hi sine vicio aut valitudine: sed existūt tales q̄ facile cūcta patiant: p̄sertim si in p̄ncipalib⁹ geniture locis mars fuerit inuēt⁹ q̄ si in deiectis locis marte p̄stituto sic ad eū luna ferat ignitas artes decernit: sed ipsos facit humiles et abiectos: et valitūdines: et vicia: et male mortis discrimina frequenti rōne decernit. Si vero p̄ diē luna a ioue defluat crescēs: et stelle se martis associauerit faciet expositos: suos: nūfos: onere medicitatis oppressos: vicijs ac valitudinib⁹ implicatos: et quoz seruit⁹ captiuitati sit filis: et q̄ vitā violēta morte dep̄dant. Si vero luna deficiēs i nocturna genitura a ioue defluat et ferat ad martē claros faciet: et si mars i p̄ncipalib⁹ geniture locis fuerit inuēt⁹: et luna minuta luminib⁹ i nocturna genitura a ioue defluēs ferat ad martē faciet iudices: duces: et qb⁹ sūmū potestatis credat imperiū. **¶** Si i deiectis geniture locis mars fuerit inuēt⁹: et si sic vt dixim⁹ ad euz ferat luna faciet milites athletas: aut q̄ ex igne et ferro q̄rant sibi vite subsidia aut medicos chirurgicos facit. Si vō p̄ diē deficiēs luna et a ioue defluens ferat ad martē paternū ac maternū patrimoniū dissipat: et p̄ntes i p̄ma etate ei⁹ p̄mēs onus extreme medicitatis ip̄onit: alijs viciū acerbi doloris infligit: facit interdū seruos interdū captiuos: plerūq; biothanatos: p̄sertim si sic currēt luna mars i cardinib⁹ geniture fuerit inuēt⁹: vel si in anaforis: vel cataforis sit. tūc enī q̄ dixim⁹ erūt cum in his locis p̄stituta marte luna ista societate cōiunxerit. **¶** Si a ioue luna defluēs ferat ad solem paternū et maternū patrimoniū varia dilaceratione dissipabit et ipsos a parentibus alienabit: aut in longinqua pegrinatione cōstituet: alios exules: alios fugitiuos facit: alijs seruitutem: alijs onus captiuitatis imponit: p̄sertim cum in domo saturni vel martis sol vel luna fuerit inuenta. **¶** Si a ioue luna defluens ferat ad venerē si sit crescens vel plena luminib⁹ facit parētes nobili potestatis auctoritate p̄fulgidos: et qui fuerint maximā potentiaz p̄secuti: sed alienari a suis tūc qui natus fuerit cogit: et cito eum orbatū parentib⁹ facit. sed nilomin⁹ etiam ipsi potentiā: gloriā: nobilitatēq; decernit. sed hec omnia post p̄cessu largitur etatis: et ab vx oribus maxime felicitatis decernit augmentū. facit etiam ipsos venustos: gratos: lepidos: et quibus ex gratia vel venustate potestas maxima comparetur. **¶** Si vero a ioue defluens ad venerem ferat minuta luminib⁹: et sit in p̄ncipalib⁹: vel in necessarijs geniture locis infinita felicitatis incrementa decernit. et erit nimīū felix in cuiuscunq; genitura sic fuerit inuenta. decernit enim honores potētias: fasces pretextas: et magnifice potestatis insignia: et quib⁹ a parentib⁹ hoc dignitatis meritum conferat: et in primo etatis gradu positus potentissime dignitatis ornamenta decernit: et vxori et mulierib⁹ diuitiarū et felicitatis facit incrementa cōferri. **¶** Si a ioue defluens luna ad mercurium feratur plena luminib⁹ facit triticos. i. iudices: bonos: benignos: gloriosos. erūt enī aut exactores fiscaliū prestationū: aut religionib⁹ p̄positi: aut iuris interpretes: ex quibus occasionib⁹ maxima illis felicitas: et diuitie maxime cōferunt vt ipsa felicitas p̄ omne vite spaciū p̄seueret. Si vero minuta lumine a ioue defluens

Significatio lune

ferat ad mercuriū ex litteris vel ex disciplina allō: aut ex horis: et negociatōib⁹
 faciet vite substātiā: vel subsidia q̄rentes: et q̄daz hereditates aliq̄s p̄sequunt alij
 inueniēt alij cōmēdatas sibi res abnegāt vt ex ista p̄fidia patrimoniū sibi p̄fidia
 cōparent. ¶ Si a ioue defluens luna ad saturnū feratur et sit crescēs vel plena lu
 minibus faciet ab extraneis adoptari: vel ipsos aliene sobolis patres: aut mino
 rum tutores vel procuratores facit. alij expositos vel subtractos filios post multū
 t̄pis spaciū inuenire cogunt erūt aquosis semp atq; humidis actib⁹ implicati aut
 assiduis p̄grinatōib⁹ errātes aut p̄grinariū mertū gratia nauigātes: vt ex ista
 p̄uersatione vite illis p̄fidia q̄rant. Si vero minuta luminib⁹ a ioue defluēt ad
 saturnū ferat: aut exponi faciet: aut onus fuitutis ip̄onit: aut infortunū immise
 captiuitatē idicit: aut alia vicia: aut valitudies facit: vt oīs vita eoz graui dolor
 acerbitate p̄fecta cito finē misse mortis icurrat. q̄ si noctna fuerit genitura et luna
 minuta luminib⁹ a ioue d̄fluēs ad saturnū ferat facit q̄libet ḡne biōthāatos iterire



Marte defluēs luna si ferat ad soles maxima vicia valitudinesq;
 decernit: et breuitatē t̄pis tribuit: et facit biōthāatos interire: et
 generalit̄ maxima infelicitatis decernit incōmoda: quosdā vō
 sic posita facit in extraneis et in p̄grinis finib⁹ interire. ¶ Si a
 marte defluēs luna ferat ad venerē et sit crescēs vel plena lumi
 nib⁹: facit adulteros libidinosos: amatores: et veneris semp cu
 piditatib⁹ deditos: frequētib⁹ piculoz casib⁹ implicatos. exerce
 bunt aut artes pignētōz et aromatu: aut lapidū: et margaritaz: et
 fiūt frequent̄ ex ista lune societate tinctorēs: metalli etiā cuiusdā comertia tracta
 bunt: et fiūt p̄ signoz vel locoz q̄litate caupones: vt ea q̄ ad victū vel potū sunt ne
 cessaria famosis et publicis mercimonij p̄parēt. Si vō a marte defluēs minuta lu
 mine sic ferat ad venerē efficaces: btōs felices faciet: sed diuites. his sane mulie
 res sollicitarunt et auferūt locupletes: s; in alieni iuris vxores ex qb⁹ cōparabunt
 illis maxima felicitatis insignia: nā p̄ has mulieres honestant maximo dignitatis
 ornatu: p̄sertit; si sic noctna genitura sit: faciet laboriosos et varijs opib⁹ inherētes:
 et q̄ ob res venereas frequēt̄ pulsant in famia: et q̄s semp p̄miscue libidis vota so
 licitēt. ¶ Si a marte defluēs luna ad mercuriū ferat plena lumine in noctna ge
 nitura milites faciet et athletas gliosos interdū: alios publicis et gliosis officijs
 p̄poni: s; erūt maligni: maliciosi: et quoz cupiditas ad oē facinus p̄ dies singulos
 crescat. erūt enī aut carnifices: aut spiculatorēs: et qb⁹ deferendi licentia publica
 cōmittat auctoritas. Si vō p̄ diē ista se luna societate cōiungat: et sit plena lumine
 decernit misere dānationis incōmoda vt sententiā iudicis subire cogant: et fiant
 ex ista dānatōe biōthāati. Si vō minuta lumine in diurna genitura a marte de
 fluēs ad mercuriū ferat infinitis imersuz cupiditatib⁹ decernit. facit enī crassato
 res: latrones: s; q̄ in isto dep̄hensi facinore seuera iudicātis animaduersione ple
 ctant. alij p̄remunt cadētū ruina tectorū: alios a recte vite cursu mittit ad isanias
 Si vō minuta lumie fuerit in noctna genitura faciet carceris p̄positos: custodia
 ruz custodes: et q̄ ex hoc officio p̄monij sui substātiā cōparēt. erūt sane amato
 res nauium et athletaz: et q̄ quadrupedia aīalia assiduis officijs p̄sequant: habe
 bunt sane vicia et assiduis periculoz incōmodis decernunt: ¶ A marte defluēs
 luna si plena vel crescēs ad saturnū feratur facit tardos: pigros: et qui ad nullos

actus possint perficere: et qui nihil ex his que desiderant consequantur. Saturnem vero aut viduam reddit: aut vicium: aut valitudinibus implicatam: sed hanc eandem male mortis sine punit: ipsorum patrimonio assiduis lacerationibus dissipat. facit eos etiam variis vicium implicari: Si vero deficient lumine: et a Marte defluens ad Saturnum ferat fames: egritudines: valitudinesque decernit: facit lunaticos: emoricos: clodos paralyticos: giberosos: oligochromos: aut si nihil horum fuerit facit biothanatos. Quorundam vero menses aut presignos qualitate aut vicium opprobrios aut punit: aut facit biothanatos iterare. ¶ Si a Marte defluens luna plena vel crescens lumine ad Iouem ferat in opportunis geniture locis facit duces: ducetes exercituum: potentes: impiosos que sint omni ratione terribiles: et que puincias ciuitatesque potestatis sue potestate possideant: erunt sane diuites locupletes: pecuniosi: et que omnia queque volunt facillimis rationibus consequantur: et que sint in omnium certaminum proficacione victores. Si vero sit minuta lumine: et sic Marte defluens ad Iouem ferat faciet publicis quibusdam certaminibus destinatos: sed que sempre pconio bonitatis ornentur: aut gloriosos milites facit: et his assidua felicitatis incrementa decernit: et hos eosdem crebris honorum promotionibus late patrie: et variis facit gubibus gloriosos: latetia tamen vicia infligit: et frequentibus faciet valitudinibus implicari.



¶ Si a sole defluens luna feratur ad Venerem: et sit diurna genitura faciet steriles: et qui sobolem generare non possint: et qui difficile coniugalibus copulentur affectibus: aut enim steriles: aut anus: aut ancillas: et ipsas nihilominus steriles uxores ducunt: ac puerorum turpes ac miseros coitus sectantur: ex qua causa filiorum illis soboles in perpetuum denegentur: erunt sane preposteris amorum vitijs obligati: aut impuris: aut turpibus cupiditatibus dediti: seruilibus semper studiis: et seruilibus actibus occupati: facultates nimias comparantes: et per semetipsos vite sibi subdia maxima querentes: et qui felicitatis augmenta processu temporis consequantur. Si vero per noctem a sole defluens luna feratur ad Venerem multas decernit uxores facit: communes: gratos: acceptos: et magnos actus: et magnis actibus se immiscentes: et magnas decernit facultates: erunt nobiles glorie splendore fulgentes. facit autem imperiosos: potentes: diuites: et quibus maxima felicitas conferatur. presertim si nullum deorum Saturnus quadrata vel diametra radiatione pulsauerit. tunc autem he felicitates: et hi honores decernuntur: si in necessariis geniture locis fuerit ista coniunctio. ¶ Si a sole defluens luna ad Mercurium feratur: et sit diurna genitura facit in vita et in actibus periculosos: et moribus malis et sacrilego semp errore preposteris: et diuinitatem negantes. sed hi etiam commendatas res sibi abnegant. Si vero per noctem a sole defluens luna ad Mercurium ferat: facit publicos tabelliones ex quibus litteris que sunt vite subsidia: erunt tamen ex hoc studio in suis ciuitatibus ornati: et que omnibus eiusdem negocii vires cunctorum iudicium preferant: frequenter tamen si eos Iupiter trigonica radiatione respexerit curam ciuitatis tuitionemque suscipiunt. erunt autem difficultium litterarum aut sophie cuiusdam inuētores: aut celestibus religionibus dediti et quibus diuinitatis secreta credantur: aut abscosarum: aut illicitarum litterarum actibus herescunt alij abscosas res inueniunt: alij preferunt hereditas: si tamen alieni ab his fuerint Mars Iupiter et Saturnus. ¶ Si a sole luna si ad Saturnum ferat: et sit diurna genitura patrimonio dissipat: parentes diuidit: et ipsis misere orbitatis indicit incommoda: sed processu temporis

Significatio lune:

ipsis maxiamam decernit substantie facultatem: z magnarum felicitatum tribuit augmenta z multorum fundorum dominia largitur. Si vero per noctem defluens luna ad saturnum feratur orbitates decernit: z patrimonium minuit: z malarum peregrinitatum decernit incomoda. facit etiam graua vicia z graues valitudines: aut periculorum grauium z violentorum facit casibus implicari. **C**A sole defluens luna si feratur ad iouem: z sit diurna genitura a parentibus fortune z felicitatis largitur insignia. quidam regiones aut ciuitates maximas obtinebunt: erunt tamen vltra modum beneficio felicitatis ornati. Si vero per noctem a sole defluens ad iouem feratur faciet semetipsum sibi facultatum substantiam comparantes z qui sint assiduis peregrinationibus dediti: sed hos in prima iuuentute decipit: z cum fuerint profectu temporis etatis gloria commendationes bonas z idoneas decernit sibi subsidij facultates. **C**A sole si defluens luna feratur ad martem: z sit diurna genitura parentes eius celeri morte prosternit: vt sic ipse orbitatis onere deprimatur. pereunt autem parentes ex ista coniunctione frequenter biothanati z ipsis qui nati fuerint decernit viciosas luminum cecitates: aut facit eos amputata parte corporis debiles: aut in prima eos perimit etate vel si nihil horum fecerit faciet biothanatos interire. Si vero per noctem a sole defluens luna feratur ad martem: facit violentos: crudeles z qui periculosa semper facinora committant: aut facit vicijs z valitudinibus implicatos: actus tamen publicos militiamq; decernit aut athletas facit gloriosos pariter: et presertim si mars et luna in necessarijs geniture locis fuerint inuenti. Si vero in deiectis locis fuerit ista coniunctio sine alicuius bone stelle testimonio patrimonium minuit: orbam parentibus facit: humiliat vitam: vicia valitudinesq; decernit: aut certe biothanatos facit interire. actus vero ex igne: aut ex ferro: aut ex metallo facit: aut tales certe qui sempiterni laboris continuationibus deterantur.



A venere defluens luna si feratur ad mercurium si sit crescens vel plena luminibus defensores vel procuratores facit nobilium feminarum: z qui mulierum presidio ordinem aliquem promotionis accipiant. erunt autem z tinctorum: aut margaritarij: aut armorum inuatores: musici frequenter incliti: z medici: aut athletarum principes z magistri: sed libidinosi: z assiduis amorum cupiditatibus subditi: grati tamen et circa venereos coitos amabiles. Si vero a venere defluens minuta lumine ad mercurium feratur: vitia: impuritates: valitudinesq; decernit: actus vero varios multiplicesq; facit: aut oratores: aut tortores: aut plastas: aut sculptores facit: aut pigmentarios: aut colorum repertores: aut formacopulas: aut popinarios facit: z qui alienarum voluptatum z delectationum curam sollicitudinemq; sustineant. **C** Si a venere defluens luna ad saturnum feratur si sit crescens: aut plena luminibus: z sit nocturna genitura: aut proeunte etatis dabit vxorem: aut publicam mulierem ad consortium thori genialis adducit: aut ex affinibus aliquam sortitur vxorem: vt presidio tamen iugis honoris principem locum z incrementa dignitatis: et promotionis insignia consequat. Si vero a venere minuta defluens luna in diurna genitura ad saturnum ferat facit pessimis libidinum cupiditatibus z vicijs

In signis

Voluptatib⁹ deditos: z q ex libidinosis actib⁹ crebra pulsē infamia. erūt sane turpes: erratici: z suili dfectōe miseri: locatores meretricū: aut certe leōes. Si vero mulieris sit ista genitura erit publica meretrix: z q vite subsidū in publico pstituta loco pudoris iactura qrat corporis. Si vō a venere defluēs luna in nocturna genitura ferat minuta luminib⁹ ad saturnū aut steriles: aut eunuchos: aut archigallos aut hermofroditos faciet: aut certe tales q muliebria pati misere libidinis cogant ardore: erūt sane oligochronij: aut biothanati. Si vō a venere defluens luna minuta luminib⁹ p diē ad saturnū ferat faciet viciosos z debiles z quos malign⁹ semp humor infestet. circa aquā tñ dabit act⁹: sed q miseris laborū ptiuatiōibus defatigant. aut enī ex altis puteis quotidiano ope aquā leuare cogunt aut iubent assidue lacunas cloacasq; purgare. aut erūt ortulani sed miseri: aut naute: aut aqrij: aut piscatores: aut vnatōres. sed hos actus signoz frequent qualitas mutata dabit: faciet enī bubulcos: armentarios: equarios: pastores: z q iumentoz stabula purgare vel mundare iubeant: sepulchroz etiā plerūq; facit custodes: aut lacte pollinctoz facit qui sepeliendorum hominū curam cunctoz iudicio consensuq; suscipiant: sed hec p locoz vel signoz varietate decernit: de qua varietate etiam in alijs apotelesmatibus plenissime diximus. ¶ Si a venere defluens luna ad iouez ferat faciet magnos: potētes: z nobites: z ciuitatibus ppositos. quosdā vero facit pfdiū mulierū subleuari: erūt sane grati: venusti: amatores mulierū z q venustatis grā oīa que desiderāt psequant. Si vō defluens a venere minuta lumie ad iouē ferat de mulierib⁹ dabit subsidia facultatū: z reddit tales qbus a pma erate parētib⁹ felicitatis z glie grā pferat: alijs hereditates dabit: alijs lucra maxima inuenire compellit: aut in templis honorata decernit officia. ¶ Si a venere defluens luna ad martē ferat in diurna genitura: z sic luna crescens vel plena luminibus amoris alicuius instinctu misere calamitatis decernit exicia: z ob hoc graue periculoz discrimen indicit vt ad custodiam carceris: z ad damnationis crimen accedāt: z q ppter hoc biothanata morte depereāt: alios facit expoliari: alios subiugari: alios facit misero onere captiuitatis adduci: p locoz scz potestate. Si vō a venere defluēs luna p noctē ferat ad martē: z sit crescēs vel plena luminib⁹ facit artificiosos: violētos: semp z callidos z q vicijs z valitudinib⁹ implicēt. Si vero a venere defluēs luna in nocturna genitura ferat ad martē facit hoīes terribiles z potētes: qui regiones maximas suis virtutib⁹ ac potestate subiugāt. presertim si in horoscopo: vel quinto ab horoscopi signo aut mars fuerit: aut luna. nā si in ceteris locis fuerit ista cōiunctio: aut artificiosos facit: aut athletas: aut milites: sed q assiduis periculoz casibus implicentur. Si vero a venere defluens minuta lumine in diurna genitura feratur ad martē patrimonū misera laceratiōe dilapidat: z ipsos facit deiecta humilitate miseros: z vicia valitudinesq; decernit: alios facit exules: alios in fugā vertit: alijs onus seruitutis imponit: alios in pmo vite cursu perimit: facit plerūq; biothanatos mulierū causa: vel ppter amoris alicui⁹ illecebras: ob hoc enī insidias: picula: dānatiōesq; decernit. ¶ Si a venere defluēs luna feratur ad solē parentes acerba dissensione dissociat: vt ipsis onus dire orbitatis indicit: p imony z vite decernit āgustias: impuros facit z qui miseris amorz amplexib⁹ implicent. sed cuz pzinū iuuetutis tempus exierint processu temporis augmenta patrimonij: z quicquid desiderauerint facile consequantur.

Significatio lune



Sa mercurio defluens luna plena lumine ad saturnum feratur et fit diurna genitura: aut balbos facit semper: aut surdos: aut verba eorum tardo: sono vocis impediuntur. habebunt autem actus: aut rationibus: aut ex magisterijs: aut ex negociationibus: aut ex peregrinationibus: aut ex verborum interpretationibus: et secreta celestia semper insinuant. alij vel carceris custodiarum curam tuitionemque suscipiunt: vt ex istis actibus vite illis subsidia querantur. Si vero per noctem a mercurio defluens luna plena lumine ad saturnum feratur faciet circa aquam semper assiduis laboribus fatigari operarios sempiternis laboribus deditos: et qui corpus suum ad opus aliquod locare cosueuerint: laboriosis humeris ac dorso vite subsidia querentes: alios in custodia constituit: alios intrudit in carcerem: alios publicis iudicijs opponit: alios damnari: alios squalore carceris: et publicarum custodiarum oppressos sortibus coinquinatos ac deformes facit interire: presertim si in maluolarum stellarum signis fiat ista coniunctio. Si vero a mercurio defluens luna minuta lumine ad saturnum feratur faciet mendicos: pauperes: pannis obfitos et misere egestatis calamitate demersos: alios seruire in templis facit: alios vagari compellit. facit plerumque lunaticos: aut sacrarum valitudinum vicia decernit. facit caducos et misera commotione dementes. Si vero a mercurio per noctem defluens luna minuta lumine ad saturnum feratur aut exponi facit: aut squalorem misere seruitutis imponit: aut onus a cerbe captiuitatis indicit: etiam maximas valitudines aut vitia decernit: aut in prima etate temporis perimit: aut facit aliqua ratione damnari. quod si nihil horum fuerit facit biothanatos interire.

Si a mercurio defluens luna ad iouem feratur facit magnos: potentes: quibus imperatorum littere ac secreta credantur: aut qui regias opes regioque thesauros fidei tutatione custodiant: et qui in regia domo iubendi vel disponendi habeant potestatem. facit plerumque magistros nunciosque regum: sed et neocosos aut prophetas facit: aut principes sacerdotum: aut ex istis honoribus: aut ex his occasionibus maxima illis felicitatis conferantur insignia: aut vt ex his actibus potentium diuitiarum incrementa conquirat. Si vero a mercurio defluens minuta lumine luna ad iouem feratur: aut rationibus preponit: aut fenozis negociationibus facit esse prepositos: aut facit actores: et tales quibus publica vel fiscalia instrumenta credantur: aut ponderibus publicis aut fiscalibus facit preponi: aut priuatarum litium iudices facit: aut ex his actibus maxima facultatum incrementa decernit: et felicitatis largitur insignia: alijs hereditates decernit: alios res depositas et absconditas inuenire compellit: apud alios res commendate remanent: et apud eos sine fraudis vicio perseuerant: vt ex istis rebus gloria, et substantie illis magna felicitas comparatur.

Amercurio defluens luna si feratur ad martem in diurna genitura: et sit luna crescens vel plena luminibus faciet irreligiosos: periuros: fallaces: et quorum malicia ad omne facinus per dies singulos crescat. erunt efractores: fures: et qui templa sacrilego furore semper explicet. erunt latrones: homicide: et ad neces hominum semper armati. sed in his comprehensi facinoribus custodie vinculis carcerisque traduntur: et gladio seuera iudicis animaduersione plectuntur: aut quolibet genere ob hec facinora biothanata mori

te depereunt. Si vero fit nocturna genitura & a mercurio defluens luna plena vel crescens feratur ad martem facit duces ac tribunos milites: sed terribiles et tyrannicis potestatibus subleuatos: vel defensores: aut presides ciuitatum: aut qui nunquam iustarum potestatum licentia perseuerent: & qui vario genere semper offendant: quorum alij vertantur in fugam: alij in exilium dantur: alij biathanati intereunt: presertim si in principalibus geniture locis mars & luna fuerint inuenti. Si vero in deiectis geniture locis a mercurio defluens luna in nocturnis geniture locis plena lumine feratur ad martem paricidalium scelerum facinora decernit: aut enim filios paricidali perimunt furoris amentia: aut illos ad fraternas neces furor prepostere cupiditatis impingit: aut parentibus per ipsos paricidale infertur exicium: aut affines suos iugulant: aut auersi coniugales affectus genialentorum sanguine laniate coniugis polluant: vt omnifariam vario furoris instinctu paricidali grassentur insania. sed hec pro locorum ac signorum varietate decernuntur. mors vero eorum violenta erit semper & afflicta. aut enim propter seruos aut propter personas in custodiam redactas: aut propter damnatos homines graue illis periculorum discrimen infertur et propter hoc damnati publica morte depereunt. Si vero minuta lumine in diurna genitura a mercurio defluens feratur ad martem faciet falsarios: maleficos: & efractores fures: aut latronum conscios et receptores: ex quibus criminibus: aut in custodia constituuntur: aut seuera animaduersione damnantur: alij fiunt publici carnifices: et quibus publice animaduersionis officia credantur: aut exceptores personalium causarum fiunt vt officia pertractent: vt adiutores fiunt huiusmodi hominum damnatorum: aut carceris publici fiunt ex ista coniunctione custodes. Si vero minuta lumine a mercurio defluens luna feratur ad martem in nocturna genitura aut milites custodes armorum: aut athletas: aut quibusdam certaminibus destinabit: efficaces: terribiles: famulos: & quorum officium ad omnium celeberrimorum noticiam ore perueniat. qd si in horoscopo vel quinto ab horoscopi loco mars vel luna constituta fuerit: ista coniunctio faciet eos violento quodam genere mortis extinguere in ceteris enim geniture locis vicia: valitudines: pericula: & laboriosos actus: et assiduas vigilas: aut violenta quedam negocia decernit. sed hec omnia sicut frequenter diximus ex signorum diuersitate variantur. in signis enim tropicis constituto marte si a sole vel a mercurio defluens luna in maliuolarum stellarum signis enim tropicis constituto marte si a sole vel a mercurio defluens luna in maliuolarum stellarum signis constituta feratur ad martem per diametrum vel quadrat: aut si se illi vicina: aut partili societate coniunxerit faciet pellarios: corarios: callicarios: coquos: ferrarios: ex igne vel ex ferro artes suas officiaq; complètes. Si vero in veneris signis ista coniunctio fuerit faciet linteones: tinctoros: plasi- as: aut tabernarios. Si vero in mercurij: aut in martis domo fuerit ista coniunctio amatores armorum: aut palestre facit: & publicorum negotiorum officia tractantes. Si vero in domo iouis fuerit ista coniunctio tribunos: duces: ac magnarum legionum prepositos: aut ciuitatum vel prouinciarum presides facit. Si vero in domo saturni fuerit ista coniunctio grauia: et misera vel scelerata decernit officia: aut enim tortores: aut carnifices: aut delatores faciet: aut bestiarum venatores: et marfos: tales qui aspides venari consueuerunt: agrestium pecorum vel

Significatio lune

bestiarum magistros faciet: alios piscatores: aut aucupes: alios ex puteis altissimis assiduo labore aquas leuare compellit: alios agrestium locorum vel ortorum operarios facit: alios naucleros: naupecos: vel gubernatores: alios structores: alios lapidarios: alios pollinctores facit: aut per ipsos sepulture semper officia tractates. Si vero in domo matris fuerit ista coniunctio multiplici genere decreta variantur. ¶ Si a mercurio defluens luna ad solem feratur aut mente captos: aut lingua impeditos: aut surdos efficit: aut pauperes et miseros egestatis squalore depressos: erraticos semperque peregrinos: et qui nunquam sedem domiciliumque constituent. sed hec infortunia processu temporis temperantur: expleto tempore iuuentutis parua illis ex varijs actibus vite presidia queruntur. ¶ Si a mercurio defluens luna in nocturna genitura plena luminibus feratur ad venerem facit eos publicis actibus providentiam habere: et in omnibus actibus inveniunt principatum glorie: et magne felicitatis incrementa decernit: alios oratores facit sed affluentia sermonis: alios poetas facit: et eos diuinorum carminum auctoritate nobilitat: aut in officijs deorum vel in officijs imperatorum assidua honorum continuatione constituit: aut ex personis et commendationibus mulierum: aut ex mulieribus quibusdam actibus ad felicitatem et potentiam perducit: cum gratia venustatis. ¶ Si vero a mercurio defluens luna plena luminibus feratur ad venerem aut aromatum pigmentarios faciet: aut colorum: aut medicamentorum: aut preciosorum lapidum repertores: aut speciosas tunicas arte sua facientes aut organarios: aut pantomimos: aut qui se ad omne genus salutationis affectent: aut qui alios dulci voce delectent. sed mediocres in vita: et qui neque abundant facultate: nec necessariorum angustia deprimantur. sed his ipsis augmenta facultatum processu temporis conferantur: in venereo coitu intemperates facit: et vicijs quibusdam semper implicatos: et qui assiduis ob hec pulsantur infamijs. Si vero minuta luminibus in nocturna genitura a mercurio defluens feratur ad venerem diuites: potentes: imperiosos: magnos: et quibus regionum vel ciuitatum maximarum tuitio credatur. presertim si liberata a solis radijs luna in horoscopi signo fuerit inuenta. et si venus simili modo a solis radijs liberata in his in quibus diximus locis cursum lune venientis exceperit. Si vero in ceteris geniture locis fuerit ista coniunctio honestos multa negocia agentes faciet: et qui proprijs viribus patrimonij sibi substantiam querant. Si vero per diem minuta lumine ad venerem feratur et in medio celi vel in decimo ab horoscopi loco fuerit ista coniunctio sacri certaminis palmas: coronasque largit: aut sacris certaminibus facit esse prepositos: aut teploꝝ fabricatores: aut simulacroꝝ consecratores facit: aut certe neocoros: aut principes sacerdotum: aut magna in templis officia tractantes. Si vero in ceteris geniture locis fuerit ista coniunctio mediocres in facultatibus facit: et qui artes metallicas exercere consueuerunt. facit plerumque coriarios: aut qui aromata mercari consueuerunt. facit etiam eos pollitores preciosarum gemmarum. vel qui gemmis ex vario pigmentorum genere aliam speciem coloris appingant: aut tornatores: sculptores simulacroꝝ: aut fabricatores efficiet: aut in templis sacra carmina precantantes: aut tibicines temploꝝ faciet: et qui habent rerum celestium notionem: vel qui sciant secreta celestia: vel qui res absconditas et abditas facili ratione perdiscant: vt ex his occasionibus vite illis subsidia querant.



Sa saturno defluens luna z ad nullū ferat: s; p vacuū cursus suos dirigat: z sit crescens vel plena luminibus patrimoniū misera laceratione dilapidat: z facit a parentibus alienari: aut interemptis parentibus in prima etate reddit. Et facit plerūq; pigros: aut longinqs pegrinationibus detinet occupatos. Si vō sit minuta luminibus faciet circa ventrē frigus assiduū: qđ greci phibrocœlio vocant: z infinitis flegmatū vitijs laborātes macros spleneticos: lispetricos: hydroxicos: pleumaticos: vel dysiriacos: z q latentibus vitioꝝ doloribus torquant: sed hoc p signoz qualitate decernit. **C**A ioue defluens luna si ad nullū ferat z p vacuū cursus suos dirigat: si sit plena luminibus faciet ex sua pfectione pegrinos: paupes: et q processu tps oīa felicitatis ornāmēta deperdāt. Si vō sit minuta luminibus expositos: captiuos: z quoz vita seruitutis onere deprimat: z quidā erūt vitijs valitudinibusq; implicati alios oligochronios facit. **C**Si a marte defluens luna ad nullū ferat: s; p vacuū cursus suos dirigat: z sit plena luminibus patrimoniū dissipat: z parentes in primo etatis gradu perimit: aut vitū aliqđ aut male mortis discrimē ipinget: ipsos vō aut ex altis p̄cipitat locis: aut a quadrupedibus picula: aut maxima illis vitia valitudinesq; decernit: alios facit publica morte biothanatos. Si vō minuta lumine a marte defluens ad nullū ferat: aut a genere suo alienari z separari facit: z patrimonia eoz varijs lacerationibus dissipat: aut dat laboriosas artes vt circa ignem semp ferrūq; versent: aut miseros milites facit. **C**A sole defluens luna si ad nullū ferat: sed p vacuū cursus suos dirigat paupes faciet infelices: pegrinos erraticos z q seruilibus semp actibus imozent: alios ad varios actus affectantes: q aggresfi fuerint vario facit genere desperatiōis amittere: sed pcessu tps huius infortunij genus mitigat: z p̄sidentū calamitatū ex aliq̄ parte miserū mutat exiliū: deposito paupertatis onere parū illis vite subsidū cōparat: z aliquos actus affectare cōpellunt. **C**A venere defluens luna crescens lumine si ad nullū ferat: sed p vacuū cursus suos dirigat faciet passiuos in coitu: z q nunq; in vroz amoribus pseuerēt sed q semp incestis delectent amplexibus: sed hos eosdē facit nudos: paupes: et q humeros suos laboribus subiiciētes quotidiane querēt vite subsidia. Si vō sit minuta luminibus: viriosos: turpes: paupes: z assiduo facit onere miseriaꝝ p̄grauatos: aut artibus z actibus inhonestis applicat semp et miseris. **C**Si a mercurio defluens luna ad nullū ferat: z p vacuū cursus suos dirigat: z sit plena luminibus faciet grāmaticos: z oratores: medicos: musicos: z qui cōmutatiōe solertie testinz sciant siderū cursus: aut fenozis: aut negociationis officia tractantes: ex qbus occasionibus gloriā z substantiā: sed processu tps psequunt. Si vō fuerit minuta luminibus ab humoribus vitia decernit: aut ex aquis graue piculoꝝ discrimē indicit: alioꝝ mentib; nocet: alioꝝ obligat linguas: alioꝝ auribus nocet. Sed hos oēs faciet alienos a litteris: facit alios vaticinari: sed in tēplis: alios ad tēploꝝ custodias sempiternas addicit: alios ministros facit seruosq; temploꝝ.

Nunc genera explicanda sunt oīa que veloci cursu suo pficit luna: vt z partiter z generaliter oīa explicasse videamur. **C**Si saturno se applicauerit luna miseros parentes facit. Si vō se marti cōiunxerit ambos parentes facit humiles: Itē patri miseriaꝝ idicet. **C**Si a marte ad saturnū ferat. i. si vtrūq; lat; eius

De luna

Mars & saturnus possederint sacre. Si v̄o a saturno ad martem feratur mediocrit̄ hec eadem facit: mulieribus v̄o tunc decernit vitia: cum eadem radijs suis impugnaverit saturnū: lunaticos v̄o tūc facit si figura lune vel scema vel similitudine saturno comparetur & marti: ioue ac venere alienis existentibus signis. Jupiter enim & venus istas omnes coniunctiones vel defluitiones per quas misera hominibus decernuntur exitia: si bona radiatione respexerint decretoꝝ maloꝝ misere calamitatis exitia mitigant. felix erit n̄m̄q; felix & cū omni felicitate: etiā prudentie decernit ornatum si in his in quibus gaudent locis siue inimica martis aut saturni radiatione ioui si venus radiatione coniunxerit: aut vni de duobus: tunc enim felicitas: tunc substantia: tunc honores: tunc omnia vite ornamenta decernit. Gaudet aut̄ in horosc. aut in q̄nto ab horosc. loco: aut in v̄ndecimo ab horoscopo loco iouis & veneris coniunctionibus adornata. Sed si in octavo geniture loco in nocturna genitura: & in his in quibus gaudet signis sicut iouis & veneris testimonio maximam decernit felicitateꝝ. Quēcūq; itaq; locum volueris in genitura tractare: aut nature: aut nutrimentoꝝ: aut generis: aut parentum: aut fratrum: aut nuptiarū: aut sobolis: aut extremū diem vite: diligenter inspicere cursum: coniunctiones defluitionesq; lune longitudines: altitudines: & qui cōiunctiones eius excipiant. Expetere itaq; in omni genitura debemus: ne sol coniunctionē ad se venientis excipiat. Postea enim quā de diametro solis recedens luminibꝰ suis ceperit dāna sentire ad synodum festinans qualibet luminis sui figuratione p̄ mēsurā vniuscuiusq; decernit exitium. Si enim fortis eius radiatio fuerit fortia mala: & magnoꝝ infortunioꝝ decernit exitia. Si media fuerit radiatio maloꝝ tēperatur exitium. Si v̄o deficiens ad ipsos radios solis accesserint: & ipsi orbi eius quodammodo conglutinata fuerit & aspectu hominum rapta non pereat: tunc potentiora mala: tunc oīū calamitatum decernit exitium. Sc̄dm̄ hec apotelesmata que in precedenti huius libri parte signauimus. Si v̄o a coniunctionibus solis liberata per diem saturno addenti ad cursus suos numeros: se luna coniunxerit magnorum bonorum: & magne felicitatis incrementa decernit. Sed & si ioui se simili rōe coniunxerit vltra modum felicitas: & vltra modum omnium bonoꝝ conferunt insignia: erit enim felix n̄m̄q; felix in cuiuscūq; genitura sic cum ioue luna fuerit inuenta. Si v̄o cum marte sic sicut diximus fuerit inuenta: magnoꝝ maloꝝ decernit exitia: erunt enim s̄m̄ signoꝝ naturam biothanati: sed & mala mediocriter mitigantur: si in feminino signo mars fuerit inuentus. Si v̄o cum venere ista fuerit radiatione coniuncta in medio celi bonas decernit nuptias: presertim si aliena a martis coniunctionibus fuerit. Si v̄o in alijs geniture locis fuerit ista coniunctio bonam quidem vitam decernunt: sed cum suis affinibus coeunt. Si v̄o mars istam coniunctionem viderit illicitos coitus cum misera cupiditate decernit. Si v̄o cū mercurio fuerit ista coniunctio infuuta etiam & inaudita mala assidua afflictione decernit. Unde orare debemus & summis precibus postulare: ne quādo luna se mercurij ista radiatione coniungat. Si v̄o per noctem minuta luminibus saturno retrogrado vel stationē facienti se luna coniunxerit: magnas infelicitates decernit. Quidam s̄m̄ naturam vel s̄m̄ locoꝝ potestatem biothanati pereunt. Sed hec infortunia ex aliqua parte mitigantur si in feminino signo saturnus fuerit inuentus. Si v̄o ioui se per noctem ista radiatione coniunxerit omnibus bonis abundabit: sed &

si marti simili fuerit radiatione coninncta magne felicitatis decernit insignia. Sz
 hec maiora efficientur si mars addat ad numerum. Si vō veneri se ista radiatiōe
 coniungat aut in medio celi aut in qnto aut in vndecimo ab horosc. loco: aut ī ipō
 horosc. bone erunt circa nuptias si eas saturnus nulla radiatione pulsauerit: erūt
 aut feliciores si venus retrograda principalib⁹ locis nocebit: z faciet plerūq; phi
 ficos: sed bona tunc decernit fortiora cum fuerit per noctem ista coniunctio: minu
 untur autem bona: z mala crescunt omnia ab his scz stellis in diurna genitura.



Habent etiam maiorti decus nostrum sine alicuius stelle presen
 tia ex natura sua decernendi maximam potestatem z multis in
 genituris operatur ipsa signoz nuda substantia. Sed hec effica
 cia in solis cardinibus inuenit ur. Cardines etiam sine duaruz
 stellarum testimonijs relinquuntur ex sua natura decernēdi ac
 cipiunt potestatem qđ vt manifestius intelligas ipsius radiationis
 auctoritate monstrabo.



Aries

Significatio .xij. domoz in quatuor angulis celi.

Horoscopus in ariete.



S horosc. in ariete fuerit inuentus & i capricornio mediū celi erit occasus in libra: mediū celi in cācro. Quid itaq; horos. in ariete constitutus qd hui⁹ re

fidui tres cardines decernāt interim generaliter explicabo. Cum horosc. in ariete fuerit: plurimā iuuentutem decernit: fratres denegat: aut ex pluribus fratribus vnū reseruat: s; & ipsum vitio quibusdam acerbitate debilitat nomen semp odio psequit: paterna substantia in statu eodē non p seuerat: sed nunc delapidata dispergitur: & rursus dissipata colligit. Uide-



bitur sane quibusdam ex nimia liberalitate tutior: alijs liberalitatis eius constantia displicebit: & beneficia sua prestabit ingratiss: vt nūq; ei pares gratie rependā erit sane mutabilis & caput ei⁹ varijs semp doloribus fatigabit. Si in capricorno medium celi partiliter fuerit pseueranter cuiusdam glorie ornamenta decernit: & faciet ei similtus cū quadā humilitate blandiri: erit negocijs quibusdā litterisq; pposit⁹. Multis quottidiane vite alimenta suppeditat: alienas facultates propria procuracione sustentant: multis rebus necessarijs ingeniosus: & cui abscofay religionum secreta credant: & ad celestia secreta penetrabit si istum locum mercurij stella ex aliqua parte respexit: vel in ipso loco mercurius fuerit inuentus. Tertius vō cardo. i. occasus decernendi licentiam sibi vendicat: in his si fuerit inuenta libra vitam in domo regia assidua cōuersatione decernit: aut in publicis actib⁹ constituit: erit aut vite ex quadam inequali parte mutabilis vt felicitates oēs semp i felicitas subsequat pspertatis ifortunū vt ex altissimo dignitatis gradu ad infimum caduca humilitate reuocet. Nam & omnem eius claritatē inuidie liuor impugnet: presertim si horosc. iupiter de trigono non viderit: vel si in ea non fuerit: hec enī mala fortius cōualescunt. Quartus erit cardo i medio celi his erit i ariete horosc. potens semp & in cancro faciet claros & coronay infulis adornatos: & decernentur ei statue pariter & imagines. Si istum locum iupiter in horosc. constitutus respexerit: vel si in ipso loco fuerit inuentus erunt ei qdam ex affimibus aduersarij ppter se vel ppter necessarium sibi aliquē: erit in tonsis criminibus sordiu squalidus: & erit semp necessariorū abundantia copiosus: presertim si in quocūq; horoscopo cardinum Iupiter fuerit inuentus.

et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...
 et in hoc horoscopo...

Taurus




Horoscopus in thauo.



Si horoscop⁹ in thauo
 fuerit inuentus:
 multis laborum cō-
 tinuationibus fati-
 gabit⁹: et quicquid
 in prima etate fue-
 rit consecutus sem-
 per amittit: sed post

ea quod amiserat cum leticia cumulē-
 tur augmenta: ⁊ habebit bone felicitatis
 ornatum: ⁊ inimicos suos videbit
 misere humilitatis continuatione pro-
 stratos. Si in aquario medium celi fa-
 erit cum potentioribus semp amicitie
 gratia versabitur ⁊ vitam ex publicis
 semper habebit actibus: et erit aquo-
 sis semper actibus negocijs explicat⁹



114
et qui nunquam accusacionis pulsetur inuidia habebit sane incrementa facultatum pa-
riter et damna. Si occasus in scorpionis signo fuerit inuentus: erit in omni vite con-
uersatione cordatus: alienos nutriendi procuracionis officia: uxorem primam in-
teruentu mortis amittit. Si vero fuerit mulier: et maritum amittit pariter et filium.
Si in leone medium celi fuerit inuentum faciet propriare labore patrimonij subfi-
dia querentes: et hi a suis varijs insidiarum generibus maximam consequentur
substantie facultatem. Sed que apud ipsos perpetue felicitatis ordine perleueret:
sed hec pro mensura geniture decernuntur.




Horoscopus geminorum.



In geminis horoscopus fuerit inuentus: in primis vite constitutus in iustis laborabit: et a parentibus illi solatiū semper affertur: erit sane celestibus felicio

ris semper imbutus: et malorum virorum fidelibus amicitijs astrictus et patrimonio dat. **C** Si medijs celi cardo fuerit in piscibus vitam suam in loco aquoso constituet: et ex omni substantia patrimonia possidebit: et victus ex alienis facultatibus conferetur: et in duabus ciuitatibus aut potens erit. aut patrimonium diuidetur. **C** Si occasus in sagittario fuerit inuentus: aut



fratribus suis: aut affinibus per ipsum aliquod inferetur exitium: et animus eius per varias temporum vices maximis sollicitudinibus cruciabit: habebit inimicos et victa patria peregrinis nationibus imorabit: sed reuersus postea ad paternos lares: deorum putabit presidio se restitutum. **C** Si in virgine medijs celi cardo fuerit a prima etate varia laborum continuatione quassabitur. Sed processu temporis maxime felicitatis incrementa consequetur. Sed hec singulis pro mensura geniture prouenient quod in omnibus sicut frequenter diximus obseruare debebis.



[Faint, illegible text]



3 iij

[Faint text at the bottom of the page]




Horoscopus in cancro.




Horoscopus si in can-
cro fuerit inuentus
facit acutos sp inge-
nio: sed qbus cūcta
cū tarditatis mode-
ratiōe pficiāt: faciet
suaues doctores: et
q grauit irasci p̄sue-


nerint: z q malos oēs seueris idigna-
tiōib̄ p̄sequant̄ fortes moderatos: s̄z
quoz idignatio facillime idignet̄ z mi-
tiget̄. habebūt sane vite substantiā ex
publicis: vel ex regijs z publicis locis
quibus vite illis substantia confere-
tur: z erunt semper in publicis neces-
sitatib̄ occupati. Sed illi varia neces-
sitate cōpuli plurimi blandient̄. Sed si horosc. in cancro p̄stitutus z saturnus in eo





[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]





De rebus in regno...

	<p>... et in regno...</p>	
--	---------------------------	--

De




Horoscopus in virgine.



S in virgine horos. fuerit inuētus erit multis laboribus & multis sollicitudinibus implicat⁹: sed cui diuinitas: vel p oīuz: vel aliq̄ laboratiōe: aut certe re-

sponsis & sortib⁹ cūcta p̄dicat: p̄ces vō suas ad diuinitatē multiplici temp̄ cōtinuatiōe p̄petua mori illecebras oculoz passiuis cupiditatib⁹ icurrēs: & q̄ oīuz mulierz ꝓcubit⁹ pietate cupiditate desideret: sed istis tādū vitijs laborabit quādū signi eius fuerit anafora completa: erit sane letus: humanus: & apud quem pura amicitie necessitudo permaneat: et ad quem damna alicuius




sollicitudo pertineat: multa sciens & omnium disciplinarum secreta perquirens: omnia in claustra pectoris retinens se preconio simplicitatis ornatos: & cui adhuc docti sermonis gratia aut negociationis officio: aut ex successione: aut ex facris: aut ex virtute aliqua magna felicitas: & magna conferatur substantia facultatis. **C**Si in geminis medium celi fuerit inuentus: ex publicis: aut ex facris dabit substantiam. Sed hoc tunc cum limen fuerit senectutis ingressus erit religionum ac deorum cultor iustus: & cui maxima pars ciuium obtemperare conetur. Absconsa assidua inuestigatione perquirens: multarum artium ac disciplinarum inscius: & ultimo vite tempore multis per ipsum integre ac recte vite monstratur officium. **C**Si in piscibus occasus fuerit ibit per multa loca peregrina multis hominibus notus & ei multi sedula obsequio gratia blandiet. Erit gratus: felix: venustus: acutus: multis occupationibus implicatus: & ad omnem conuersationem semper & nobilis. **C**Si in sagittario medium celi fuerit inuentum: erit felix: & a suis substantia conferetur: & ei plurimi blandientur: erit omnibus notus: dijs gratias pro sua felicitate restituens: aut ei sacra publica credentur: filiorum vero felicitate letabitur: & dolorem amissorum filiorum rursus sceptri felici sobole mitigabit: erit ad omnia aptus: erit etiam doctus & agilitatis felicitate perspicuus.



Horoscopus in libra




Horoscopus in libra fuerit inuentus habebit egritudine[m] & multis periculorū laqueis implicabit: & assidue illū aduer- sariozū turba pul- sabit: et de veris ac definitis rebus habebit contenciosa certamina: religiosus sane erit et cul- tor deozū: sed cuius vita inequabili- tatis semper varietate mutetur: sed in omnibus inuictus erit: & talis vt in nulla re videatur esse posterior glorio- sus: sed locus filiozū erit mutabilis nam nunq̄ ei integer numerus filiozū perseuerat: erit talis qui in omnibus rectus velit habere iudiciū: diuinis & celestibus religionibus veniens.



Si in cancro medium celum fuerit inuentū erit gloriosus quibusdam actibus occupatus: in loco religioso: aut in publicis nu- trietur: & in senectute maxime illi glorie conferuntur insignia: ita vt nouissimum vite tempus nobilitatis splendoribus adornetur: erit in senectute copiosus: pecu- niosus: & diues: & in processu temporis gradatim omnis substantia felicitatis acce- dit: tarde consequetur filios: aut vnum habebit filium. Sed si locum istū iupiter aliqua radiatione respexerit multa ac felici sobole gaudebit. Si occasus in ari- ete fuerit inuentus ex aquosis habebit lucrum: vel in aquosis locis erit ex aliquo timore sollicitus: & in desertis locis incurrit aliquod vite discrimen: & multa peri- culozū continuatione quassabitur: multis ac crebris peregrinationibus diuide- tur. habebit sane latens vitium: & in senectute posito felicitas maxima conferetur sed vxor eius insanie periculis laborabit. Si medium celum in capricorno fue- rit: patrimoniū eius varia ratione mutabitur: & quicquid acquisitum fuerit rur- sus amittitur: & rursus quod amissum fuerit inuenitur: sed omnis substantia pro- prijs viribus virtutibus queritur: & in vltimo etatis gradu positus maximo incre- mento felicitatis ornetur: augetur ne sibi filiozū aliene sobolis adoptare: aut filios ex muliere infirma consequetur.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]




Horoscopus in scorpione.



S horoscop⁹ in scorpione fuerit inuentus in p^{ma} etate faciet acutos: iracundos: agiles: sed hi p ^{multa} infortunioru genera ducent: verum postea felici li-

centia subleuantur: et erunt magnis letitijs dediti: si ipsum iupiter aliqua radiatione respexerit: erunt gloriofi: et a dijs presidia sperabunt semper: et sacrorum aut celestium religionum sacramenta percipient: erunt in alio loco vel in alia ciuitate suo studio transferentur: erunt semper erectu spiritu



subleuati: acuti perferentes ornamenta sermonis. erunt tales quibus semper va-
 rietas placeat: propter amicos: aut negocia: aut pericula semper occurrunt: et post
 multa ex amissione filiorum infortunia rursus felici sobole gaudebunt. ¶ Si in
 leone medium celum fuerit inuentum vita eius vario labore ac varijs sudoribus
 fatigabitur: et erit potentiori alicui honoris: aut nutrimentoꝝ gratia subiuga-
 tus: erit fortis: et cui processu etatis plurimi blandiantur: et qui plurima ex suis fa-
 cultatibus ad alios transferat: erit in aliq̄ positus potestate: augebit paterne sub-
 stantie. ¶ Si in thauro fuerit occasus plurimos habebit aduersarios quos om-
 nes videbit vario genere semper oppressos: erit talis qui semper ad venereos coi-
 tus oculorum cupiditate cogatur: et qui aliqua pulsetur infamia: patrimonium et
 acquirat pariter et perdet: et quotienscuq̄ perdiderit iterum consequetur. ¶ Si
 mediū celum in aquario fuerit: prope aquam: aut ex aqua habebit vite discrimen
 accedat et cuiuscunq̄ profuerit is ei ingratus semper existit.



Horoscopus in sagittario



S horoscopus in sa-
gittario fuerit inue-
tus multos aduersa-
rios faciet: et colle-
ctum patrimonium
vnde nō sperauerat
pferetur peregrinis
frequenter regioni-

bus detinebitur grande fluuium: aut
grande pelagus nauigabit: erit semp
in publicis conuersionibus positus
in aquosis aut ex aquosis locis vitam
pariter habebit et factum: plurimas
artes & disciplinas plurimas psequet
erit cordatus: ingeniosus: & omnium
rerum sciens. **C** Si in virgine mediū
celum fuerit inuentum in magnis p-
motionibus constitutus: & multis po-



testatibus gratia pferetur: consequetur maximam licentie potestatem: & iussio-
nis eius audientium turba seruabit: et multi per eum habebunt vite ac viuendi
subsidia: & cuiusq; aliquid tale contulerit ipse: & ingratus semper existit. **C** Si oc-
casus in geminis fuerit inuentus: & filios habebit pariter & nepotes. sed tunc cum
limen fuerit senectutis ingressus: & erit talis vt omnes dolores facillimis rationi-
bus perferat: & qui damna recta mentis auctoritate contemnat: alijs secretas per-
legunt litteras: et celestium ac sacrarum rerum ordines monstrant. Erunt inge-
niosi: iusti cordati: & qui aduersarios subdolis semper dissimulationibus insequa-
tur: docentes omnia: & quibus felicitas tardis processibus conferat. **C** Si in pi-
scibus mediū celum fuerit: in aquosis locis habebit vite subsidia: erit talis cuius
fidei cuncta credant: erit notus & nobilis: sed circa vxorem vel affectus eius alie-
nus erit. Sed si istum locū iupiter aliqua radiatione respexerit facile vxorē ducit:
& erunt ei grati coniugales affectus: & stupro vel adulterio cognatam ducit vxorem.



Horoscopus in capricorno



S horoscopus in capricorno fuerit inuentus amicis purā eximit amicitiaz semper affectu: erit subdolosus et letus: et cum nihil desit ad vite subsidium peregrinabitur: et quibus vite alimenta presterint: ipsi ei existunt semper ingrati: erit amabilis: parui animi: et dijs longis: et prolixis semper precibus molestus: erit illis cui abundet substantia facultatis: erit mulieribus libidinibus obligatus: et qui has easdem mulieres expletis libidinibus vituperare contendat sacramenti cuiusdam aut sacrorum:

nabitur: et quibus vite alimenta presterint: ipsi ei existunt semper ingrati: erit amabilis: parui animi: et dijs longis: et prolixis semper precibus molestus: erit illis cui abundet substantia facultatis: erit mulieribus libidinibus obligatus: et qui has easdem mulieres expletis libidinibus vituperare contendat sacramenti cuiusdam aut sacrorum:




Horoscopus in aquario.




S horoscopus in aq̄
rio fuerit inuentus
quodcūq; consecu-
tus fuerit qualicū-
q; rursus laceratio-
ne dilapidat: z quic-
quid habuerit vel
q̄serit rursus amit-

tit: sed quod amissum fuerit facili ra-
tione plerūq; colligitur: multos susci-
piet fouens: z multis vite alimēta pre-
stabit: z erunt circa ipsum inquantuz
quibuscūq; ab ipso aliquid fuerit for-
te collocatum: z in graui periculo con-
stitutus: z ab hominibus desperatus:
deorum presidio liberatur: a multis in-
uidio stridore pulsabitur. deorum lit-
terarum autem aut sacrorum: aut re-



ligionum officia tractabit: z magnis viris erit bonis actibus notus. **C** Si in sco-
pione medium celum fuerit: erit fortis: sed dura vita z dura conuersatione quassa
bitur: de loco ad locum transitum faciet. Et si fuerit ingenuus seruilia consequet
officia: sed postea eum in omnibus prospere sequetur euentus: sed z circa vxorem
z filios inter initia miseris infortunijs laborabit: z postea ei ex malorum virorum
noticia z felicitas conferetur. **C** Si in leone fuerit occasus cum vxore varia simul
tate dissentiet: cum indigna enim z cum anu matrimoniū copulat: aut que varijs
amorum excipiatur vel capiatur ardozibus: z a suis patietur insidias: z contra il-
lum inimici repentinis actionibus eriguntur: et suis viribus ab sua virtute tollit
alieni iuris vxorem: aut alienam sponsam: aut certe cum vidua matrimoniū con-
trahit. **C** Si medium celum in thauro fuerit magnus z cum multis potentibus
versabitur: z in omnibus rebus habebit gloriā: z multorum substantiam guber-
nabit vt ei res plurime credantur propter discipline sue veritatez: z morietur post
multum temporis spatium: longo pondere senectutisq; pressus. Si dominus geni-
ture conditionis sue secutus potestatem: z in principalibus suis geniture locis po-
situs ornatus signo pariter: z parte integrum temporis sui decreuerit numerum.




Horoscopus in piscibus



S horoscopus in pi-
 scibus fuerit inuen-
 tus ingeniosus: cor-
 datus: fidus: ami-
 cus: ac necessarius:
 et ex quibusdam nego-
 cijs promouebit: ita-
 ten vt patri ei et ho-

noribus ptasalia pferat. habebit ini-
 micos: sed ex his facillimis ronibus
 vindicabit: et ex longis quibusdam nego-
 cijs gloria psequet: sed pcessu tps ma-
 ioris dignitatis ornamenta psequet: et ma-
 gne habebit felicitatis augmetu: et assi-
 due cu multoz noticia pegrinatiobus
 notus. Si mediu celi in sagittario fue-
 rit: multis erroribus implicabitur: et periculorum varia discrimina accedit: erit

agilis in omnibus conuersationibus: et cum potentioribus personis habebit: non



modica certamina. et propter personam quandam incurrit insidias. et totum quicquid
primum possederit perdit: et alienarum rerum rursus dominia consequitur amicis fidei ami-
citi necessitudine exhibens semper: sed huc ad venereos coitus collecta pro oculis de-
siderium semper impellit. Si occidit in virgine fuerit erit cordatus: et alienis homi-
nibus alimenta prestabit: erit talis cui fidelia secreta credantur: multos amicos suis
alimentis: aut suis presidij subleuabit: et grandis et diuitiarum cumulus accedit: et
amici existunt frequenter ingrati: et circa uxorem blandis erit amorum affectibus
obligatus. Sed et ipsa circa eum erit frequenter ingrata: ex uxoris: aut filiorum infor-
tunio graui doloris tormenta patietur. Si in geminis medium celi fuerit multis
egritudinibus fatigabit: et multis laboribus applicabit: dolorem aliquem aut vitium
habebit absconditum: et post felicitatis incommoda maxima ei felicitas proferetur: ita
ut alij vite alimenta stipendium: et amissis prioribus omnibus ei repentino casu diuitie con-
ferentur possidebit et habebit subsidia que ei omnia subministrant: et cum fuerit one-
re senectutis oppressus in peregrinis locis repentina morte morietur. sed et in hoc
geniture dominus requirat: putabunt quidam hec genitura aliter esse dicta: sed est eorum
vera substantia.

CHoroscopus in finibus saturni siue terminis.



Horoscopus in finibus saturni fuerit inuentus faciet pigros
semper ac tardos: et alta taciturnitate mentis obscuros: malos
maliciosos: et qui sint ab omni bonitatis gratia separati: et quorum
consilia tardos habeant semper affectus: et qui omnes vario odio
rum genere persequantur: et quorum ire perpetua se indignatione con-
tinuent. **Q**uod si in finibus saturni horoscopus constituto ipsemet sa-
turnus in hisdem partibus partiliter fuerit inuentus denega-
bit fratres: aut quicumque primi nati fuerint misera eos morte pro-

sternit: aut infortuniu perpetue decernit orbitatis: ut semper his filiorum soboles dene-
getur. **S**i iupiter in saturni finibus fuerit inuentus idest in quibus est horosco-
pus constitutus faciet strictos auaros. sordidos: et qui in omni vita leticie gratiam
vitent: seruilibus semper studiis et moribus implicati: et qui omnem substantiam suam
ad alios donationis titulos transferant. **Q**uod si mars in ipsis partibus fuerit in-
uentus faciet sceleratos: crudeles: et totius malicie acerbitate possessos: et qui se va-
rijs generibus ad varios actus aut locent semper aut vendant. sed malicia eorum et
facinus nunquam poterit abscondi. sed facinus eorum malumque propositum proprio temerita-
tis ardore detegit. **S**i sol in ipsis partibus fuerit inuentus faciet moribus tem-
peratos: sed ad omne malicie virus armatos: et qui semper imperfecta ei et incomple-
ta sua consilia derelinquant. **S**i venus in ipsis partibus fuerit inuenta circa ve-
nereos coitus sordidos faciet: et qui res alienas inuida semper cupiditate desideret
Si mercurius in ipsa parte fuerit inuentus faciet in omnibus conuersationibus
sordidos: et qui frequenter carceri et custodie publice tradantur: et qui facinoris causa
miseris discriminibus implicentur. **S**i luna in ipsis partibus crescens fuerit vel
plena luminibus: vanos reddit animo et corpore. si vero fuerit minuta luminibus omne
corpus malignis humoribus vitiat: et aut hydropicos facit: aut liuido pallore de-
formes: aut certe decernit insanias.

CHoroscopus in finibus iouis.



In finibus iouis horoscopus fuerit inuentus: omnia virtutis ac sapientie ornamenta decernit. q̄ si iupiter in ipsismet finibus fuerit inuentus faciet magnanimos: sed ardore crudelitatis armatos. **C**Si saturnus aut mars in ipsis partibus fuerit inuentus: et sit nocturna genitura faciet perfidos: et qui nunq̄ promissorum suorum fidem compleant fingentes sapientiam et ipsi se putantes esse sapientes: humiles in vita: et misero tristitie squalore depressos. q̄ si per diem in his finibus fuerit inuentus: hec oia

ex aliqua parte mitigantur. **C**Si venus in his partibus fuerit inuenta faciet aptos ad omnia bonitatis officia: sed in nuptijs eos nunq̄ prospere sequitur euentus erunt benigni fructum omnium bonorum ex assidua felicitate capientes. **C**Si mercurius in his finibus fuerit inuentus faciet moribus semp armatos: et ab omni malicia sepositos: et qui omnia simpliciter intelligant: et qui plurimis rebus deliberare videantur. **C**Si luna in his finibus fuerit inuenta omnia felicitatis ornamenta decernit: et boni corporis substantiam reddit: et sanitatem exclusis valitudinum vitijs tribuit. **C**Si sol in ipsis partibus fuerit inuentus hec eadem que luna simili ratione decernit.

CHoroscopus in finibus martis.

